



**Hermanni Hamelmanni, S. S. Theol. Licent. & dum viveret
Superint. Oldenburgici, Opera Genealogico-Historica, De
Westphalia & Saxonia Inferiori**

Hamelmann, Hermann

Lemgoviae, 1711

VD18 11397225

15. Hermanni Hamelmanni Historia Ecclesiastica Renati Evangelii per
VWestfaliam, divisa in II. partes ubi.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56092](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56092)

PARS PRIMA

HISTORIÆ
ECCLESIASTICÆ
RENATI EVANGELII

Per

INFERIOREM SAXONIAM
& WESTPHALIAM,

Quæ continet Narrationem certam,

Quomodo in singulis INFERIORIS SAXONIAE & WEST-
PHALIAE COMITATIBUS & DOMINIIS

CURSUS EVANGELII

Successum & progressum habuerit, additis sin-
gulis circumstantiis,

AUCTORE

HERMANNO HAMELMANNO, Licent.
& Superintendente Ecclesiarum Comitatus
Altenburgici.

Anno 1586.

Ddd dd 2

Sex

Sex sunt hujus
HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ
RENATI EVANGELII
Per
Saxoniam Inferiorem & Westphaliam PARTES
Quarum

PRIMA jam evulgatur.


SECUNDA continet *Historiam Renati Evangelii per Inferiorem Saxoniam* in Ducatibus BRUNSVICENSI & LUNEBURGENSE, & in CIVITATIBUS SAXONIÆ PRÆCIPUIS.

TERCIA continet *historiam renati Evangelii & certaminum in Ecclesia BREMENSI, & quomodo VERDÆ, STADÆ, & NORT-HUSÆ sit renatum Evangelium.*

QUARTA complectitur *historiam renati Evangelii in quatuor EPISCOPATIBUS Westphaliae, & eorum præcipuis urbibus: ut MONASTERIO, OSNABURGA, PADERBORNA & MINDA, HUXARIÆQUE & aliis.*

QUINTA comprehendit *historiam renati Evangelii, & de variis mutationibus & agitatis consiliis nomine reformatæ Religionis in Aula CLIVENSI & BERGENSI, &c.*

SEXTA describit *historiam renati Evangelii in urbibus, Ducali & Clivensi & Bergensi subditis: ut SUSATO, WESALIA, ASSINDIA HERVORDIA.*



SPECTABILIBUS,

CONSULTISSIMIS, EGREGIIS, EXIMIIS, ERUDITIONE,
& VIRTUTE PRÆSTANTIBUS DOMINIS,Domino LAURENTIO SCHRADERO, LL. Li-
centiatio, *Consiliario Ditionis Osnaburgensis, &c,*Domino THEODORO ab **EJBER***Zedichio, Quæstori ditionali, &*

Domino STATIO REINEKINGIO,

*Judici ditionali & simul Consiliariis in di-
tione Jheverensi,*

Domino HERMANNO PRUNSEKENO,

*Præcipuo Consiliario & Generali Judici ditionum
Esenfis & Witmundensis,*

Domino DEPIO PFLUGERO,

*Consiliario & Secretario Incltyti Comitis Lippiensis Domini
SIMONIS, &c. Affini suo,*

Domino JOHANNI BUSCHMANNO,

Consiliario & Quæstori Comitatus Delmenhorstani,

Domino HERMANNO WITVOGELEO,

Quæstori in Ubelgunnen / compatri suo, &

Domino HARCONI HERZENO,

*Phrisio præfecto in Buerhave/*DOMINIS & PATRONIS suis semper & perpetuo summa
observantia colendis S. in CHRISTO dicit

H. H. Lic.

Magnifici, Consultissimi, Egregii & Eximii Domini, patroni colendi.
Si olim multi literatissimi & præstantissimi, inter Ethnicos in extremis
tenebris ambulantes, viri tam apud Græcos quam Latinos in hoc
toti incubuerunt, ut res præclara a fortibus Heroibus gesta, & acta celebra li-
bris & certis monumentis commendarentur, & sic pia posteritati consecraren-
tur, quò memoria celebrium virorum & de Republica benemerentium atque

Ddd dd 3

pro

pro focis & aris patriis legitime certantium non exstingueretur, sed potius perpetuo duraret. Quanto magis illud revera censeamus posteritati sanctae & ramentum qua erit) reipsa consecrandum esse, quod ad adificationem Ecclesiae nostrae hoc est, ut recensatur & describatur, quomodo nostri parentes antea mendis Papalis carnificinae tenebris sedentes, tandem mirabiliter ad lucem Evangelii pervenerint, & ut innotescat, quorum opera per DEI gratiam ad veritatis cognitionem ex mendaciis emerfi, sint deducti. Sicut igitur Moyses historiam Ecclesiae DEI in veteri Testamento incepit, & in historiis & libris Josuae, Judicum, Regum, & in scriptis Prophetarum deducta est usque ad adventum CHRISTI, & deinde quid paucis annis post Christi Salvatoris adventum seculis actum sit libri Machabaeorum & deinde Josephi Judaicae Antiquitates testentur: quid igitur obstat, ut nobis non liceret ordine describere historiam Ecclesiasticam renati nostro tempore a parentum nostrorum aeo Evangelii?

Nonne Evangelistae ordine Salvatoris non solum res gestas sed etiam veterum personarum acta, sermones & colloquia cum CHRISTO habita recensuerunt? Quomodo initium, progressum & successum Apostolicae Ecclesiae in Actis suis Lucas Evangelista descripsit, quis hoc non videt ex illi, qui nunquam sacras literas legerunt? Ideo nec mihi vitio vertatur, si ego de initio renati & primo plantati Evangelii in his regionibus Inferioris Saxoniae & Westphaliae, & de ejus cursu, successu & progressu historiam Ecclesiasticam congeram? Nonne postea post Apostolos Egesippus, Irenaeus, Eusebius, Ruffinus, Socrates, Sozomenus, Theodoretus, Evagrius, Theodorus collector, Orosius, Gregorius magnus in Dialogis, Calliodorus, & Nicophorus Callistus, Zonaras, Cedrenus & multi alii peritauerunt historia Ecclesiae? Nonne Epiphanius, Augustinus & Philastrius praecipuas haereses & earum auctores & propagatores ordine recensuerunt. Quid igitur obstat, ut nobis non concederetur similiratione contexere historiam? Annon constant acta conciliorum omnium certis Tomis comprehensa? Annon Platina & postea etiam Blondus diligenter descripserunt Romanorum Pontificum & quidem non minus malorum quam bonorum nomina & vitam? Illud merito mihi conceditur describere historiam sacram renati nostro tempore Evangelii.

Cum igitur veterum patrum vestigia ingressus sim, & sic descripsero pro mea simplicitate & ruditate (agnosco enim meam in style infantiam, rusticitatem)

tatis & negligentiam) historiam Ecclesiæ restauratæ, quam in sex partes dividendam duxi, volui Vest. Mag. & Excell. quæ jam in potissimis Comitibus & Dominis Inferioris Saxonie imprimis vero Westphaliæ, (quarum Regionum Ecclesias renovatas describimus in hac prima parte) præcipuas dignitates obtinent, nostram primam hujus historie sacre partem reverenter consecrare. Censebam enim mihi jam cano, & ministerium Ecclesiasticum ultra annos 56. exercenti, propediem moriendum esse: Ideo semper optavi & adhuc opto, ut saltem aliqua hujus nostre historie partes, si plane non omnes ante meum ex hac vita discessum in publicum prodirent: Et ut sub aliorum patrociniopro prodire possent, V. Mag. & Excell. mihi patronos, ut viros dignitate, virtute, eruditione, experientia atque pietate excellentes, delegi, sub quorum nomine hac nostra prima pars prodire posset.

Te verò, clarissime & in aula Cæsarea & Electorum ac Principum multorum versatissimo Domine LAURENTI SCHRADERE, scio plurimorum actorum cognitione & historiis delectari, & in indagazione antiquitatis versari, re ipsa & præsens jam aliquoties didici, & plenius inspecta tua Splendida Bibliotheca, in mea patria cognovi, taceo, quod magnorum usu præditus sis & liberalis studiosorum fautor habearis: Ideo spero hanc primam nostre historie partem, (quia & vestra Excell. Illustribus Comitibus inseruit) fore gratam tue pietati: Quæ etiam circuli Westphalici generalem Commissarium agit.

Potesis etiam vos Eximit, egregii & multiformis cultissimi viri, D. Quæstor Zedichi & D. Judex Stati, ex hac nostra prima parte hujus historie V. Humanitatibus similiter inscripta, cognoscere, quomodo non solum in Altenburgensi & Delmenhorstano Comitatu renatum sit Evangelium JESU CHRISTI, sed etiam considerare, quomodo in vestra illa ditione Jheverensi, quæ modo Incolyto nostro Domino, Domino JOHANNI, Comiti Altenburgico & Delmenhorstano paret, initium veræ doctrinæ sumpserit. & progressum sub Generosa Domina MARIA, felicis memoria, habuerit: Et certe plurimum in ea re laboravit tuus, THEODORE Quæstor, patruus & alter parens Dominus Romerus Zedichius, vir integerrimus & præstantissimus, (sicut in hac parte videre licebit) ut cursum suum veræ doctrinæ in Ditione Jheverensi obtineret, & literæ florent, literatique in pretio essent. Cum igitur iste tuus patruus tam beneficit de Republica & Ecclesiis atque Scholis meritis, spero itaque & T. H. nostram hanc dedicationem non solum propter

patrum Romerum Zedichium, quem honoris causa nominamus, sed quod sciam te tuumque collegam, STATIUM REINEKINGIUM Iudicem historiis & cognitione antiquitatis sese oblectare, & piis pastoribus beneficiis, gratam fore.

Habes etiam hic, consultissime PRINSEKENE Judex, popularium & amice vetus, quomodo tui Illustris & generosi Domini avus bohemus Dn. ENNO, cujus vester modernus Comes Dn. ENNO nomen gloriosum sibi didere refert, magna cura per Orientalem Phrisiam, Evangelium ad ESSE CHRISTO plantari curaverit, & quatenus selectis variis resistere conatus sit: Deinde hic quoque leget V. H. qua ratione in vestra ditione Electus & in Retbergenfi Comitatu, & in Dominio Witmundano (quia in conditionibus & precipuum Consiliarium & Judicem sincerum agit) Evangelii doctrina propagata sit: Ideo speramus nostrae historiae primum partem tibi, ut viro multis modis prestantissimo, & à secta Sacramentarium alicuiusimo, veroque verae religionis cultori, fore gratam.

Atque sanè, Domine Affinis colende & ornatisime vi, Dn. DEPPI, leget similiter vestra praestantia in hac parte vobis quoque simul inscriptas, quid sub Incolytis Dominis Comitibus de Lippia, Domino BERNHARDO & Domino HERMANNO SIMONE fratribus & Domino SIMONE (vestro modo Domino) filio Domino Bernhardi, cujus tu & Consiliarium & Secretarium agis, in causa verae religionis diversis temporibus actum sit, nostrum laborem tuo Nobilissimo Domino & tibi fore gratam, & cum sciam te obeundis legationibus & historiis legendis gravibus negotiis implicatum, non dubito etiam, quin nostrum hunc librum pro tuâ pietate & humanitate sis grato animo amplexurus.

Imo Domine BUSCHMANNE Quaestor sagacissime, hic videbitur T. qua est patria & patriarum rerum atque historiarum in patria nostra gloriatur studiosa, quatenus & in tua patria (quae est Comitatus Lippiacus & in Comitatu simul Altenburgico & Delmenhorstano, ubi tu Consiliarii & Quaestoris officium cum honore sustines, Evangelii doctrina & suum initium habuerit, & deinceps quomodo propagata sit: Quod nostrum officium & tibi, ut viro humanissimo, & multis aliis in nostra patria gratum fore existimo.

Sic quoque & tuum HERMANNE compater, vir industrio ingenio & opera prestans, nomen in hac nostra Dedicatoria Epistola aliis celebribus viris (quibus hac pars tecum similiter inscripta est) adjungere volui, primo quod sciam, te non solum amare veram doctrinam & pios Pastores) quod non obscure mihi meus affinis & compater venerandus & dotibus eximius Jodocus Meibomius saepe solet indicare) sed quod etiam historiis & earum lectione plurimum versaris, & scio te de multis Ecclesia veteris & nostra aetatis Ecclesiarum negotiis, certaminibus & statu, tam cum nobili & praestantissimo vestro Satrapa, usurerum & integritate conspicuo Domino Bernhardo à Reihleben (qui quoque hic inveniet aliquam patriarum suarum Ecclesiarum descriptionem) quam cum consultissimo & literatissimo LL. Licentiate, Altenburgico consiliario praecipuo Domino Bernhardo Bouwero, amico nostro summo, saepe conferre: Ideo etiam hic cum multis aliis hic inspicias historiam renati Evangelii per hunc nostrum laudatissimum Comitatum, qua ut spero non displicebit tibi.

Scio etiam Domine HARCO HERZENE, te ut virum doctum & Juris Candidatum lectione historiarum delectari, & spero te quoque libenter lecturum hic, quomodo in tua patria renatum sit Evangelium. Itaque spero meum laborem tibi ut homini cordato & sapienti non ingratum fore.

Accipite ergo vos omnes celebres & laudatissimi viri, quibus hic noster labor est reverenter modo inscriptus (labor certe magnis sudoribus & sumptibus congestus) hanc primam partem hilari vultu, & sibi V. Excell. & Magn. singularim HAMELMANNUM tanquam suum clientem commendatum habeat. CHRISTO JESU vos omnes meis precibus commendo: Raptim Aldenburgē Anno Domini 1585.

Vest. Excell. & Mag.

observans

HERMANNUS HAMELMANNUS,
Licentiatuſ.

Eee ee

LECTO-



LECTORI

Salutem dicit

HERMANNUS HAMELMANNUS,
Licentiatus.

ET si sciam multos nasutos etiam inter nostræ Religionis, doctrinæ & professionis homines fore, qui majorem in hac nostrâ *historia Ecclesiastica per sex partes divisa* Personarum delectum delecturi sint, & in ea hoc cavillando reprehensuri, quod ita quosvis nominatum expresserim, cum tantum præcipuos quosque certaminibus, meritis & aliis præcipuis dotibus præcellentes pro more veterum Historiarum Ecclesiæ, præteritis vulgaribus, describere debuissim: Quoniam tamen, scriptores Ecclesiasticarum historiarum solent solos præcipuorum Ecclesiarum Episcopos & quidem paucos, præsertim doctrinæ, meritis aut confessione & martyriis insignes nominare: Et deinde ipsam styli & dictionis sterilitatem carpere non desistent: Tamen licet in dedicatoria Epistola hæc utcunque divulgata sint, sic respondeo, fateor & quidem ingenuè, me styli & sermonis latini negligentem esse, & ita rebus ipsis intentum, ut nunquam cogitem de verborum collocacione: Et in hac re agnosco meum vitium: Sicut non ita excelluerunt styli elegantia & sermonis ornatu *Wedekindus, Corbiensis Monachus, Saxo Grammaticus, Joannes Nauclerus & Albertus Kranzius* in suis politicis historiis describendis, sic ego quoque simplici dictione nostras descripto historias. Imo sicut in historiis Ecclesiæ pertexendis *Propheta, Evangelista & Apostoli* non affectata sed plana & humili dictione usi sunt, sic & *Hamelmannus* humi repit, nec se stylo effert. Nam veluti plurimi historiæ Ecclesiasticæ scriptores apud Latinos vix Latino, & ne dicam barbaro sermone res gravissimas descripserunt, si *Hermanni Contralti Chronologiam* inspiciamus, si *Vicentii speculum* consideremus, si *Antonii Historiam Ecclesiasticam & Kranzii Metropolitani* intueamur, ideo etiam nec mihi vitio vertatur, si Grammatica dictione & humili oratione res magnas possim piæ posteritati commendare. Quod ad alterum objectum attinet, quasi nonnulli fortè dicturi sint, me sine personarum delectu multa confuse in has nostras partes congestisse, & quosvis sine magno discrimine nominasse, cum saltem paucos & præcipuos confessione, meritis, certaminibus & martyriis insignes exprimere debuissim; Haec sic

sic breviter occurro: *Septem Diaconi in Actis* nominatim exprimuntur
 à *Luca Evangelista*, & exceptis *Stephano & Philippo* nihil de memorabi-
 libus illorum factis exprimitur, & interea nomina istorum aperte expri-
 muntur, & nos non debeamus piorum Ecclesie DEI & Evangelii de
 JESU CHRISTO ministrorum nomina exprimere? Pergit *Lucas* de-
 scribere *Ecclesie Antiochene* Doctores, & post *Paulum & Barrabam* Apo-
 stolos gloriosos & illustres recenset *Simonem nigrum*, *Lucium Cyrenen-
 sem* & *Manaem* quondam *Herodis collectaneum*, & licet illustria *Pauli &
 Barraba* Apostolorum acta diligenter recenset, eorum conciones &
 pericula certaminaque describat, tamen de istis tribus nihil amplius
 scribit, nisi quod ab eo nominentur ut Christi in Ecclesia DEI ministri:
 Et interim ego supprimerem piorum Ecclesie ministrorum nomina?
Paulus Alexandri meminit Actorum 19. & Romanorum 16. fit mentio
Andronici & Junie, ut præcipuorum Apostolorum, & tamen nusquam
 in sacris literis de ipsorum meritis, certaminibus & martyriis legitur.
 Adde quod ibidem *Ampliam*, *Urbanum*, *Stachyn*, *Apellam*, *Aristobulum*,
Narcissum, *Tryphanam*, *Rufum*, *Phlegontem*, *Hermam*, *Patrobam*, *Mer-
 curium*, *Philologum*, *Juliam*, *Nereum*, &c. expresse nominat, & fit etiam
 ibi mentio *Lucii*, *Jasonis*, *Sospatriis*, *Caji* & *Erasti*, & tamen de illorum
 celebribus actis nullibi legitur in sacris literis, nec in Autenticis scriptis
 exprimitur quicquam de istorum meritis, certaminibus & martyriis.
 1 Corinth. 1. meminit *Paulus Chloa*, *Crispi*, *Caji*. Titum 3. *Zena*, *Secundi*
 Actorum 20. *Eubuli* & *Pudentis* 2 Timoth. 4. *Iusti* Actorum 18. *Theo-
 phili* Actorum 1. & *Lucæ* 1. fit mentio: Sicut & *Caji* & *Demetrii* 3. Joan. 1.
 Et quid quæso de istorum actis, factis, certaminibus, exiliis, meritis &
 martyribus legitur? *Polycrates* apud *Eusebium* in sua *historia Ecclesiastica*
 cum *Melitone Papyrium* conjungit, & nomen ejus solum ponit: Sic *Dio-
 nysius Corinthæus* apud eundem mentionem facit *Bacchilydis* & *Elpisti*:
 Quot quæso Episcoporum & Doctorum Ecclesie nomina, quæ diversis
 Synodis & Conciliis subscribere extant in *Tomis conciliorum*? Cum ta-
 men de majori eorum parte, qui, quales fuerint, & quid præstiterint,
 nullibi legatur. Meminit *Nicephorus Callistus* in sua *historia Ecclesiastica*
 lib. 3. *Pancratii*, sed quis & ubi fuerit non meminit, nisi quod *Petri discipu-
 lum* dicat. Hæc volui breviter, ut cavillatorum objectis occurrerem, re-
 citare, cum alioqui similia testimonia & exempla ad mille usque ex hi-
 storiis proferre potuisssem, sed hæc sufficiant. Vale Christiane
 lector in CHRISTO.

lector in CHRISTO.

Ecc ee 2

PARS

PARS PRIMA

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ
RENATI

In DUCATIBUS, COMITATIBUS, EPISCOPATIBUS & CIVITATIBUS

Inferioris Saxonie & Westphalie

EVANGELII de JESU CHRISTO,

Quæ continet integram historiam renati Evangelii per
Comitatus diversos utriusque Regionis.ECCLESIASTICA HISTORIA
RENATI EVANGELII*In Antiquissimo COMITATU ALTENBURGENSI.*

Mortuo Joanne Magnanimo Comite, qui erat Dni Gothardi
bellicosi filius, & horum modernorum Illustrum Comi-
tum & Dni Joannis & Dni Anthonii avus, susceptum cum
seniore filio Joanne, vidua Principissa Domina Anna, nata ex
veteri Illustrissimorum Principum de Anholdt familia, gubernationem
ditionum, matrona quidem natura verè pia, proba, casta, misericors
sed eadem vehementer erat infensa veræ religioni vel doctrinæ per
D. Lutherum propagatæ, nec illius psalmodiæ sacræ ac Germanicæ
modulationem ferre potuit vel in templis vel etiam in ullis ædibus: et
habebat sibi applausores filios natu majores, ut Joannem & Georgium Co-
mites: interim Juniores duo fratres, ut Christofferus, (qui aliquandiu in
Scholis bene versatus fuerat & postea etiam miliciam exercuit) & An-
ninus Comes Altenburgici & Delmenhorstani, ingeniosi & perspicaces Ho-
mines, valde doctrina à Doct. Martino Luthero propagata delectaban-
tur, & libri Lutheri atque primi loci Communes Philippi Melanthonii
diligenter legebantur à Christoffero Comite, & uterque plurimum cano-
nicis Germanicorum psalmorum à Luthero nunc evulgatorum, oble-
scantibus.

habatur. Primi vero in Phrisia Butjada Evangelista erant circa annum Domini 1525. 1526. & 1527. M. Edo Bolingus, pastor in Esensham / deinde Edo Folricus Stithardi pater pastor in Rodenfircken: Item in Ammerlandia Johannes Hechlerus in Zwischenan / & Hermannus Crispinus in Ederwech, Pastores, qui propterea in discrimen apud Illustrem viduam D. Annam veniebant. Accidit etiam, dum aliquantulum purius doceret Walterus Renzelmannus doctrinam Evangelii in Ecclesia civitatis Altenburgerfis, & inciperet psalmos Germanicos cantillare imprimis hos: Nun bitten wir den heiligen Geist. Item Wir glauben / unde Dis seynd die heiligen zehen Gebott / quo nomine gaviter accusabatur apud Illustrem Dominam per Decanum & Capitulares, & in periculo erat) ut prædicta Domina imprimis studeret istum propterea in exilium mittere: Ne tamen Juniores filios planè offenderet, amovit quidem eum ab officio in Ecclesia Altenburgerfensi, sed hunc Walterum Renzelmannum interea præfecit Parochia juncti Zweche / quæ est in Phrisia Statlandia, ubi ipsi Johannes Hixenus sacer ejus successit: Per hoc institutum magis ad Evangelii doctrinam propagandam inflammabantur Juniores Domini ac Comites Dominus Christofferus & Dominus Antonius, & viduæ matris conatum imprimis improbabant, imò ex matris Generosissimæ manibus eripiunt Bolingum & Edonem Folricum imprimis Hechlerum virum doctum, atque dum Witteberga se domum reciperet Magister Ummius Ulricus Ilckzenus, Phrisus Statlandus, & jam se in amicitiam docti & veræ religionis amantissimi Herois Christofferi Comitæ Altenburgici insinuaret, à quo deprehendebatur ille Ummius doctus, studiosus, lectionis ac eruditionis multæ, fuit de consilio fratris Comitæ Antonii autor & hortator M. Ummio, ut monachos terminarios & sacellanum, ut crassos & indoctos Papistas, non tantum reprehenderet, sed etiam ad publicam disputationem provocaret: M. Ummius, homo animosus & veræ religionis doctrina artiumque cognitione atque linguarum peritia tinctus (qui antea prælegerat multis auditoribus Horatium Wittenberge, ubi ultra quinquennium hæserat) omnia ista in effectum produxit, ut aliquoties monachorum terminariorum & sacellanorum conciones idolatricas & prorsus ineptas reprehenderet, atque eos ad disputationem habendam provocaret: Verum ex istis omnibus nemo audebat in lucem prodire, quia omnes indocti erant. Itaque statim, quando hoc cognosceret Dominus Christofferus, qui alioqui volebat præsidere colloquio) non tantum hoc matri viduæ suisque fratribus Dno Joanni & Dno Georgio objecit, sed eò negotium

tinum cum fratre Antonio deduxit, ut *M. Ummium* protruderet in suggestum: Ita *Ummius* anno Dni 1528. animatus à Generosis Comitibus tribus junioribus ascendit suggestum, & loco excusationis sic est orationem suam exorsus: Postquam monachi lucem fugiant, & omnes quot hic sunt Sacrificuli papales, idem faciant, nec aliquis sit inter eos qui contra me ausit prodire in publicum, ut suas impietates defendat, licet omnes & singulos ad publicam disputationem ego aliquoties provocaverim, sic me modo conscientia cogit, ut hanc unam mire patriæ urbem, in qua video omnes cives flagrare hinc desiderio & cognitione Evangelii Christi, luce veræ doctrinæ accendam, & monachorum crassos errores refutem: Sic feliciter incepit, & Germanicos quosmos cum populo cecinit *Ummius*. Cùm ita aliquoties publice in Ecclesia Altenburgensi docuisset Evangelium, & Papisticas Superstitiones atque impietates demonstrasset refutassetque, en ibi *Principissa* eadem cum filio majore Comite Joanne tenens gubernacula (quæ erat ad Papisticam sacra & Pontificiorum doctrinam, in qua & nata & educata erat, illa facta, & sinebat sibi persuaderi à monachis & sacrificis, quasi Lutheri doctrina summa esset hæresis) per monachos & canonicos inflammata & ad furorem usque excitata, missis præcipuis ministris ad *Ummium*, minaciter ei mandat, ne quicquam istorum in Ecclesia tentet, sed sacra & suggestum cum templo & choro Canonicis, Vicariis & Monachis relinquat, se ex urbe conferat, & nisi hæc fecerit Dominam id graviter cum suo filio Comite Joanne, ut gubernatore, vindicaturam. Contra vehementer apud ipsum instant Generosi fratres Dominus *Christofferus* & Dominus *Antonius*, eumque urgent, ut in proposito pergat, nec se sinat illustri ipsorum matris ut foeminae minis terreri: Ibi duorum Comitum monitis excitatus aliquoties antevertit monachum, & aliquando monachum ingredientem suggestum apprehensa cuculla detrahit *Ummius*, seque in ejus locum reponit, pieque de præcipuis doctrinæ partibus plebem docuit & informavit. Ibi ipse *Ummius* quotidie novis horrendisque minis, atque inhibitionibus nomine Dominae zelotie non secundum veram scientiam, premitur, & ipsi infelicia struuntur, quò aut caperetur, aut subito casu periret, vel ut aliquid infortunij accideret ei, quo sic ipsius conciones & pia exercitia intermitterentur: Attamen ipse non destitit in habendis concionibus & psalmis Germanicis canendis, tandem literis Principissæ & per ejus legatos ut turbator Politia & Ecclesie Ecclesiasticæ ordinis, tanquam seditionis

accusatur & ad suos filios generosos Comites graviter defertur: Ad matrem statim accefferunt fratres duo majores Dominus *Joannes & Georgius*, verum cum ipsi se in negotio religionis paululum opponerent, juniores fratres Dominus *Christofferus & Dominus Antonius Comites*, tantum refliterunt, ibi mater *Principissa* statim eos ut juvenes & nihil intelligentes duriter excepit & graviter cum ipsis expostulavit: Ideo ne matrem nimium offenderent & in se concitatus exasperarent, remissius in hoc religionis negotio agebant: Ita in majori hærebat *Ummius* periculo, & interdum non minus quam noctu in summo versabatur discrimine: Itaque secum anxius & sollicitus (licet non desisteret à proposito, sed fortiter concionando pergeret) dubiusque quid faciendum esset perpendens, nunc in sylvis nunc in pascuis meditabundus versabatur, & secum concludebat de mutando loco & fuga adornanda, ecce ibi *Ummio* de talibus rebus sollicitè cogitanti atque strenuè oranti, omniaque in tristitia & mœrore perpendenti, à tergo elegans fœmina astat, quæ cum ipsum attingisset dixit: *Confortare in Domino, qui tibi aderit suo Spiritu, ut habeas successum & progressum, ideo pergas animose, & his dictis mox evanuit: Statim sibi, postquam ad se rediisset, persuadet se ab angelo Domini confirmatum esse, & ingressus urbem magno labore pergebat: Etsi sæpius interpellaretur à Domina in ipsum per monachos & sacrificos excitata, tamen ab eo tempore semper respondit, se non intermissurum suas conciones, si etiam videret ignem accensum, in quem conjiciendus esset: Cùm vero Domina videret pertinacem esse in proposito *Ummium*, dicebat ipsum obstinacem & induratum esse hæreticum, & sic paululum quievit, & mox quoque Domina vitam cum morte commutavit. Interea mox deposuit gubernationem propter certas causas senior fratrum Dominus *Joannes*, quam statim derivatam voluit in juniorem fratrem Comitem *Antonium Dominus Christofferus*, & hæc res successum habuit. Venit interea *Altenburgum Matthias Alardus Brugensis*, recens ex cœnobio quodam elapsus, vir non usque adeo doctus, sed probus, & pro Belgarum more disertus & sonoram habens vocem: Is offert suam operam *Altenburgensibus*: Postquam vero aliquoties concionatus esset, & diu hæreret *Altenburgi*, eò deduxit negotium Mag. *Ummius Ilckzenus*, ut locum & vocationem ibi obtineret *Matthias Alardus*, qui diligenter legit *Biblia & Scripta Lutheri*, atque donis docendi superavit quidem *Ummium*, licet hic altero videlicet *Alardo* longè doctior & linguarum peritior esset, atque in suis concionibus, quæ doctis magis*

magis quadrabant quam imperitæ plebi, multa adagia, historias & res gestas ex politicis scriptoribus aderebat: Etsi isti duo Ecclesie ministri, postquam se aliò conferret Comes Christofferus, docerent quidem in templo sub gubernatione Comitis Antonii: Tamen pro se retinuerunt in usum Canonici & Vicarii aliique Sacrifici & monachi locum chori, in quo adhuc Missas & Vigiliis, horas canonicas, Invocationes Sanctorum suis locutionibus exercebant, donec rediret Comes Christofferus, ipsi reuocato totum negotium exponunt Umnius & Alardus: Ibi Dominus Christofferus ingeniosus Heros, qui totum negotium probe intellexit, peruenit ad extremum Dominum Antonium, ut curet ista aboleri & prohiberi: Interimque reliqui duo fratres Seniores ut Dominus Joannes & Dominus Georgius Comites suasu fratris Domini Christofferi facti sunt æquiores Evangelicæ doctrinæ atque duobus prædictis Christi ministris: Imo postea (videlicet Georgius) adeo postea ardebat amore veræ doctrinæ, ut propria manu tota Biblia describeret, in eum finem, quò ipsi certissimilior esset: Fit ita publicum Decretum à Comite Antonio, ut in quoque Comitatu Altenburgensi & in ipsa urbe aboleantur Missa, Sacrificia, Vigiliis, Invocationes Sanctorum, peregrinationes, Aqua lustralis & aliorum similiarum ceremoniarum abusus, ut in urbe Canonici & Vicarii saltem Psalmos de tempore & hymnos & collectas quotidie bis canerent cum piis lectionibus, antiphonis & responsoriis. Id quidem cum in effectum producerent Canonici, tamen pro se retinuerunt usum chori: Etsi vero jam omnibus iunctum esset pastoribus, ut juxta doctrinam Augustinæ Confessionis conciones suas & exercitia Ecclesiastica formarent, tamen cum ministris Ecclesie nulla certa forma & ordinatio proponeretur, juxta quæ & docerent & ritus sacros administrarent, ideo in diversis locis magna diversitas inveniatur. Dum vero, ut diximus, Sacrifici chorum locutionibus occuparent, multum impediabantur Umnius & Matthias in suis Sacris ritè & commodè peragendis: Accessit etiam id incognitum, quod Matthias in nullis Scholis & Ecclesiis Evangelicis vel Augustinam confessionem sequentibus versatus esset: Itaque ipsi in partem templi Altenburgensis partem occupantes, uno aut altero præmissis psalmo eoque decantato, inceperunt concionari, & postea lectis cœnæ verbis hinc inde confusim absque ordine populum communicare: In ista etiam consuetudine jam demortuis Canonici & Vicariis, ne quid novi introcere viderentur, & ne sic simplex plebs offendi posset, perfliterunt ut que ad mortem: Nec etiam retinuerunt privatum examen vel ablati-

tionem privatam, quam imprimis neglexit *Matthias*. His vero ministris verbi senescentibus & *Ummio* laborante ex pede altero, accessit collega *Hermannus Cremes*, antea Castrensis concionator, qui istorum formam retinuit: Tamen istis demortuis, ut *Ummio* & *Matthia* datur *Cremesi* collega *Hermannus Blome* homo in sacris parum versatus & curiosis artibus deditus. Ibi uterque in recepta forma docendi & Sacramenta administrandi ceremoniasque exercendi perfluit. Interim hoc non est supprimendum de prioribus Senioribus pastoribus nempe de *Ummio*, *Ulrico Ilckzeno Phriso Statando* & de *Matthia Alardo Flandro*, quod semper perfliterint in sententia *D. Lutheri* (quem ad multos annos audierat *Ummius*) nec unquam ad partes *Zwinglii* vel in minimo declinaverint: Ita quoque erat *Illustri Comite Antonius* affectus, qui *Consules* & *Senatores Bremenses* in factione *Hardenborgica* per *Consulem Danielem à Buren* & suos, pressos, ut urbem desererent, hospitio excepit, eis omnem benevolentiam exhibuit, eos sustentavit, licet ipsius frater *D. Christopherus Comes* seductus per *Albertum Hardenburgium*, partibus *Danielis* faveret, & *D. Albertum Brema* emancipatum ad se susciperet & liberaliter foveret: *Comes* vero *Antonius* noluit fovere inter suos sectam *Sacramentariorum*, quia *Rodolphum Monichusum* ut *Calvinistam* & *polypragmaticum* ex ditione sua abire voluit: Tandem etiam magnus *Heros Antonius* consilia iniit cum suis consiliariis, de vocando *Superintendente*, & adhibuit tunc ad hoc negotium *Satrapam suum Arnoldum Erverveldum*, *Doctorem J. U. Nicolaum Holstenum*, *Joannem Petreum* & *M. Henricum Tilingium*, qui tres posteriores ei unanimi consensu proponunt *M. Hermannum Hudeum Inspectorem Ecclesia Mindensis*, ut virum doctum & gravem: Itaque *lueria Comitis Inclyti Antonii* vocatur ex urbe *Minda Hudeus*: Quem cum *Mindenses* nollent ejus *Celsitudini* concedere, petiit clementer illius usum sibi ad tempus permitti & concedi posse, sed neque hoc ab *Senatu urbis Mindensis* obtinere potuit, aut impetravit. Hoc admodum indignanter ferebat *Comes Antonius*, qui id in re & causa tam pia sibi de *Mindensibus* minimè persuaserat; Proponebantur quidem alii viri docti ejus *Celsitudini* sed quia simile ei accidere posse putavit, ideo totum negotium protrahebatur quam diu magnanimus *Comes Antonius* viveret. Erat ei conjunx *Sophia*, nata ex vetustissima *Saxoniorum Electorum familia de Lowenborg* dicta, pia & sancta matrona, quæ *Ministerio* multum gratiæ exhibuit,

Scholam sub *Ummio & Matbia* cum laude administrant & virtutem magna cum gratia instituerunt *M. Joannes Telenius* *Weslabensis* (qui etiam interdum concionabatur admodum facundè, ut erat vir pius & eruditus) & ei mortuo succedens *Hermannus Burinus, Obdorsingensis*, vir multæ lectionis, qui linguarum & historiarum peritus fuit. Nulla quoque mutatio in religione tempore Interim tunc *Carolo V. rhenano & captis Saxone Electore & Landtgravio* facta est, nisi quod *quodam aditu superstites Sacrificuli aliquid tentarent in choro*, quod mox impunitum est, & ipsi deinde cito mortui sunt.

Quando vero ante patrem mortuus esset *Dresda Christianus Comes Domini ANTONII medius filius*, admodum in Domino Christiane, mox jam post mortem Patris devoluerentur hæreditates & Regnum ad Inclytos filios Dominum *Joannem Comitem, & Dominum Augustum fratres* (quod accidit in Februario anno Domini 1577.) tunc his piis Heroibus prima cura fuit, ut pia aliqua Ecclesiarum suarum Reformatio fieri posset: Itaque vocant, ex Ducatu *Brunsvicensi*, clarissimum Theologum Doctorem *Nicolaum Selneccerum*, is suo loco propius *Hermannum Hammelmannum Licentiatum*, interim dum ille vocatur à prædictis Generosis Dominis, mox impetrata venia cum *Hammelmanno* proficiscitur in *Comitatum Altenburgensem, Selneccerus*, & uterque honorifice ab Illustribus Comitibus suscipitur, & tandem facta deliberatione duobus illis Theologis injungitur, ut certum corpus *Doctrinae & ordinationis Ecclesiasticæ*, juxta quam omnia decenter, ordine & ubique eadem forma fierent & ordinarentur, & Sacramenta uno eodemque modo ubique administrarentur, conscriberent, quod etiam diligenter factum est ab ipsis. Corpus quidem *Doctrinae*, fuit & est per omnia consonum illi Religionis, quæ sonat in inferioris Saxonie Ecclesiis, & cum ea convenit cui præcipui Theologi tam in *Suevia, Thuringia, Misniaque*, quam in *Saxonia, Westphalia & Borussia*, subscripserunt ante septennium. *Ordinatio* cum esset prælecta Dominis & eorum consiliariis, atque assensum ab omnibus esset datum, ut typis evulgaretur, en mox tradidit *Doctori Selneccero*, ut eam typis & prelo sumptibus Comitum subici curaret, quod ipse, honestè & liberaliter ab Inclytis Dominis dimissus, reipsum præstitit: Interim *HAMELMANNUS* in *Superintendentens* assumptus in *Generosis Comitibus*: Postquam vero ordinatio Ecclesiastica esset typis evulgata, & jam essent exemplaria mediocri copia huc in Comitatum translata, ecce mox jussit *Comes Joannes*, ut singulis pastoribus exhiberentur.

exemplar editæ ordinationis Ecclesiastica, tam in Comitatu Altenburgico quam Delmenhorstano, & adderetur, ut singuli suo tempore palam significarent, quid in ea desiderarent: mox diem decernit Comes Joannes videlicet primum Junii & sequentes tres, Anno Domini 1574. & præficit colloquio vel consistorio D. Doctorem J. U. assumptum jam Cancellarium Joannem ab Halle/ M. Henricum Tilingium, Consiliarium, Hermannum Hamelmannum Licentiatum, M. Ulricum Meinhardum, Pastorem in Blexen/ & Hermannum Burinam, Pastorem in Struckhusen/ tanquam Consistoriales: Coram his singuli explicabant, quid haberent interrogati Pastores in Ordinatione, quod eis displicere posset: Ibi erant quidam, qui existimabant usum Exorcismi circa sacrum baptisma non posse commode & rectè retineri in Ecclesiis, cum sit Papisticus, & verba Cœna Dominica dexterius esse ab aliis explicata, quam fieret in ista Ordinatione, interim petebant informationem & sese submittebant Consistorio. Ibi prolixè Hamelmannus ostendit ex scriptura & patribus, quomodo Exorcismus vel forma verborum: *Weich du unrein Geist/ und gib Raum dem heiligen Geist.* Item, Adjuro te immunde Spiritus in nomine, &c. sit illustratio, declaratio & explicatio Baptismi, addens rationes, cur illa omnia absque periculo in Ecclesiis retineri possent, & ante plures quam mille annos retenta in Ecclesia tempore Augustini fuisse: Deinde de presentia corporis & sanguinis Christi in cœna Dominica, multa protulit argumenta, & adversariorum objectiones refutavit, additis patrum veterum illustribus testimoniis, ita quidem, ut omnes ipsius Informationi acquiescerent, & cum præ reliquis præcipuus esset, qui contradiceret, Joannes Hoddecensus, pastor Hamelwerdensis, tamen rationibus & orationi Hamelmanni acquievit. Hac ratione publicata est Ordinatio, & graviter singulis injunctum, ut & docerent, & omnia sua Sacra juxta hanc Ordinationem exercerent, quò ubique una doctrinæ formula, & unus in exercendis ceremoniis modus ac ritus observaretur: Et sic est ab omnibus subscriptum. *Reformatio Ecclesiæ in urbe Altenburgensi fuit Hamelmanno laboriosa & difficilis.*

Quod seniores pastores, ut *Ummius & Matthias*, certis de causis nondum ad plenum in Ecclesia ordinare potuerunt, hoc plane jam *Hermannus Cremes*, & *Hermannus Blomens*, aut neglexerant, aut intermiserant, aliis curiositatibus magis, quam Theologiæ addicti: *Populus* volebat privatim confiteri & absolvi: Nolebant copulationes sponsi & sponsæ aperte in templo fieri, nec admittere libenter nolebant, ut proclamatio legitime con-

jungendorum praeceperet: Et multa inordinatè & confusè, prae reliquis Ecclesiarum sequentium Augustanam confessionem morem, circa Eucharistiae administrationem, circa Baptismi peractionem & ritum, circa forum piam deductionem, circa Catechisticam doctrinam, in visitationibus, in ceremoniis & cantionibus, collectis atque aliis exercitiis Ecclesiae, saepe fiebant: Parum aut nihil de Christo perceperant auditores. Et de discrimine personarum in Sancta Trinitate, non multum cognoverant: Multa quoque vitia erant vulgaria & communiter recepta. In Hamelmannus incepit singulis Dominicis Catechisticum examen insonare, & juxta publicatam & typis evulgatam Ordinationem Ecclesiasticam Illustrissimi Comitum Altenburgensium omnia disponere, in ordinem inchoare redigere, hocque unum efficere, patrocinante ipsi Inchyto Comite Joanne, ut cum decore, ordine & decenter in Ecclesia DEI, omnia perficerentur; ad cognitionem CHRISTI suas oves tam privatim, quam publicè perducere pergebat, nihilque intentatum relinqueret, ut de suffragio sui Illustris Comitis Domini Joannis multa emendarentur, & multi homines converterentur: Itaque cum inciperet ista omnia reformare & in bonum ordinem, remotis abusibus, redigere, tunc turbator inquietus habebatur & proclamabatur Hamelmannus, & citis eum minis insectabantur securi: Interim omnia commodè disposuit ex patrocinio Illustris Domini Joannis, qui etiam disciplinam ad vitia inhibenda publicari jussit, & multa inordinata repressit: Mortuo Blonio accessit Hamelmanno, Superintendenti, & Hermanno Cremeti, tertius collega M. Gerhardus Sagittarius, vir doctus & concionibus habendis artificiosus, sed inquietus & turgidus, quo nomine tandem dimittitur.

Illustris Comes, ut omnia reformavit forensia & politica: Sic quoque in Ecclesiis visitationes & Reformationes abusuum fieri voluit, certa stipendiis Superintendenti & reliquis ministris assignavit: Certos redditus Schola & Scholae magistris deputavit: Ideo ipsius liberalitate duo Magistri Rostochii vocantur, ut Mag. Albertus Timannus, Joannis Amstelrodami filius natus minimus, & Mag. Joannes Stapelius ad Schola administrationem: Interca & citò anno Domini 1575. nova ex ipso fundamento aedificia & structura usum communis Scholae adornantur, quod in Senatu Theodorus Hellius Lubkenus, consul, & discipulus ac auditor Doct. Martini Lutheri, imprimis promovit: Sunt in hoc Comitatu eruditi & pii pastores, qui cum gratia docent, ut Theodorus Sprangius, pastor in Bivelsfeld, qui postea Hamelmanno

manno datus est collega, (non jam dicimus de viris eximiis & ad confessorium deputatis, ut *Mag. Ulrico Meinhardo Blexensi*, & *Hermanno Burino*, pastore in *Struckhusen* / cui demortuo filius *Joannes* successit) *Nicolaus Tilingius* pastor in *Obehausen* / *Ezardus Heringius* & ejus successor *Henricus Grollius* in *Baurhave* / *Theodorus Hoddersenus*, pastor in *Golswerden* / *Joannes Hixenus* pastor *Zweiensis*, *Elardus Crusius*, pastor ad *Jadama flumen*, *Joannes Crusius*, pastor in *Ederwech* / *Stithardus Folricus*, pastor in *Nordenkirchen* / *Theodorus Umminius*, Ecclesiastes in *Waddensen* / *Mag. Edo Hoddersenus*, pastor in *Langwerden* / *Ludolphus Hoddersenus*, pastor in *Esensham* / & *Joannes Voltenus*, pastor in *Rastede* / & *Bernhardus Stammerus*, Ecclesiastes in *Holle* / *Ernestus Fuchterus* jam pastor in *Stoelhamb*: Excellent in *Delmenhorstano Comitatu* *Franciscus Licanus*, pastor in *Delmenhorst* / *Henricus Stonnebergius*, pastor in *Berne* / & *Henricus Meisollius*, pastor in *Echonemore*: Erat *Delmenhorsti collegium*, cujus ultimus Decanus erat *Hermannus Holkenus*, vir pius & doctus, in quo post reformationem *Hermani Bonni* semper retinuerant reformatam doctrinam: Est *Joanni Comiti* uxor *Elizabetha* nata *Comitissa* ex vetustissima *Comitum Imperii de Schwarzburg* familia, admodum in pauperes liberalis. Summus est quoque ordinis Ecclesiastici cultor & fautor, frater Domini *Joannis Comitis*, Dominus *Antonius junior*, Comes *Altenburgicus* & *Delmenhorstanus*, cui Christus det omnia felicia: Amen. Instituit splendidam *Altenburgi Bibliothecam* in usum Ecclesie Illustris Dominus *Joannes Comes*: Nuper ministerio Ecclesiastico in hoc Comitatu *Altenburgico* viri probe eruditi, ut *Jodocus Meibomius*, pastor in *Golswerden* / *Joannes Witvogelius*, pastor in *Struckhusen* succedens *Joanni Burino*, & *Joannes Hechlerus junior*, pastor in *Eickwerden* / atque *Rodolphus Accelius*, Ecclesiastes in *Baurhave* / & *Walterus Hixenus*, pastor in *Barnesflete* accessere.

Nec hoc subticendum erit de pio & glorioso Comite *Christophoro*, horum Heroum patruo, quod ejectum tempore Interimistico ex urbe *Wesalia* aluerit liberaliter & sue semper mensae adjunxerit *M. Nicolaum Buschodauensem*, virum in linguis versatum & hominem eruditum: Deinde in suo testamento consulit Ecclesiis & Scholis atque pauperibus aliquot millia thalerum: Unde apparet pium semper zelum in tam bellicoso & praestante Heroe fuisse, cujus haec semper fuit sententia, ut *Episcopi potentissimi* in ordinem redigerentur, & istorum superflua editiones *Casari* ad ejus majestatem tuendam & sustentandam, honoremque & officium defendendum accede-

cederent: Ideo merito hic istius laudabilis Comitis fit mentio honorifica. Sicut pater Dominus Antonius ante oppidum Delfmenhorst per Arnoldum Erverveldum Satrapam curavit xenodochium extrui, quod bonis & redditibus annuis donavit: Ita quoque ejus filius Dominus Joannes Comes extruit splendidum xenodochium ante urbem Altenburgam, quod privilegio & agris & pascuis, annuisque redditibus ad usum pauperum ornatum. Hodie sunt Hamelmanno collega Theodorus Sprangius senior, & Bernhardus Scultrenus Pictorius, in Ecclesia hujus urbis Altenburgicae. Et hoc censeo non omittendum. Cum Magister Jodocus Glanens, vir integerrimus & doctissimus, diu pro veritate certasset Bremae, tandem opera D. Archiepiscopi ejicitur ex ministerio, mox illum Inclytus & Illustris meus Dominus Comes Joannes, suscepit, & in primum pastorem ditonis Fleverus instituit, ubi adhuc cum egregiis viris Georgio Heneto, Joanne Sarwarth, aliis alibi nominatis, in Domino superest.

ECCLSIASTICA HISTORIA
RENATI EVANGELII
In COMITATU BENTHEMENSIS.

Fuit Arnoldus, Comes Benthemensis & Stenvordiensis, Dominus de Wuelincshave / vir natura pius & ex sancto zelo pontificiae religioni devotè addictus: Interim habuit aulicum concionatorem nomine sedatum, singulari eloquentia, ingenio, multa lectione & medicri eruditione præditum, nomine Joannem de Doen / hic Loënis inter dum occulte, interdum aperte variatis verbis doctrinam Evangelii anno Domini 1542. & 1543. in aula propagabat, & pugnantem cum ea sententiam pontificiorum ostendebat, horrendasque Papistarum superstitiones & abusus crassos idolatricosque taxabat: Interim mirificè perituit conciones suas formare, & verba exquisita patheticè sic quidem proferre, ut ejus concionibus in aula multi moverentur, tam fidelis Evangelii propagator erat hic Joannes Loënis.

Concionibus talibus non quidem contradicit Comes, interim ea non laudat. Interea Inclyta Comitissa *Walburgis*, nata Domina de *Bredrot & Viana*, amita ultimi masculi ex ea familia heredis *Henrici*, per hunc *Johannem Loënum* convertitur & sinit se commoveri, ut ex istius *Loëni* instinctu de usu utriusque partis Eucharistiæ, textum Evangelistarum & repetitionem Pauli i Corinth. 10. & 11. diligenter legeret, & mox fraudem Papistarum perferticeret: Mox etiam generosæ foeminae & matronæ Illustri, textus Pauli claros de justificatione hominis & de sola fide justificante in Epistolis ad Romanos, ad Galathas & ad Philipenses & Ephesios ostendit. His lectis gavisâ est optima Domina in CHRISTO, & demum cognovit, quantis in tenebris & ipsa antea versata fuisset, & in quanto errore hærent omnes Pontificii? Tandem Inclyta matrona etiam de uno & unico mediatore & advocato nostro apud patrem Christo, legit testimonia illustria Sacræ Scripturæ, & sic plane rejecit invocationem Sanctorum, in Papatu usitatam: Sic his & aliis lectis plane renunciat Papatui, & accedit ad Evangelicam doctrinam. Ita Nobilissima matrona *Walburgis* per conciones & privatas admonitiones *Joannis de Loen* CHRISTO lucrifacta, non destitit orare, monere, obtestari, tam noctu quam interdum, & sæpe non sine lacrymis Dominum & maritum suum, instans tempestivè & intempestivè, & suo Comiti sæpe textus Pauli jam prædictos, ex quibus ipsa conversa erat, obtrudens & blandissimis verbis suum Heroa *D. Arnoldum* ad lectionem tam perspicuæ Scripturæ invitavit, ut tandem his omnibus quasi in conscientia convictus acquiesceret. Ne tamen quicquam temerè in rebus conscientia, & in præcipuis fidei articulis vel mutaret, vel susciperet, aliquoties per aliquot septimanas audivit diligenter suum aulicum concionatorem *Joannem Loënum*, & ipsius fundamenta expendit, argumentaque prolata diligenter observavit: Postremò prædictum *Joannem de Loen* ad se aliquoties privatim vocavit, graviter ipsum per propriam conscientiam monuit, ut ipsi candidè, syncere, non perplexe, sed methodicè, animi sui sententiam explicaret, & ostenderet, quibus argumentis hanc illam suam, quam quotidie in aula pro concione doctrinam propagaret, defendere posset: Ibi *Johannes de Loen* exorsus de justificatione hominis, de remissione peccatorum, de Sacramento, de clavibus, de pœnitentia, de auctoritate Sacræ Scripturæ, de traditionibus humanis, de purgatorio, &c. prolixè coram Comite suo disseruit, & quæ protulit statim ex scriptura Biblica, quam

quam habuit in manibus, probavit, & rursum, quomodo locos istos
 Papistæ corrupissent, prolixè ostendit, eorumque argumenta expedite
 refutavit, & quæ generosus Comes *Arnoldus* objecit, ea facile solvit.
 Et sic iste Joannes sapius cum suo Generoso Domino congressisset, &
 cum peteret aliquid ex Lutheri scriptis videre, prælegit ei Germanicæ
 Lutheri Psalmodias: *Nun freuet euch lieben Christen gemein. Item Wir
 glauben. Item Wir bitten den heiligen Geist. Item Christi in Eodem
 Bande/ &c.* Et in istis Psalmodiis singula verba coram Comite Illu-
 stri expendebat, alioque tempore cantiuunculam, *Ein feste Burg ist
 unser Herr und Gott/ &c.* quoque Comiti explicuit, tradiditque ei Lutheri
 scriptum, *das schöne Confitemini, percurrendum, deinde loci Comi-
 nes Philippi Melancthonis: Tandem quoque clam ad se, ut prudens
 doctus Heros, in tam ardua conscientia causa vocari iussit pastorem
 oppido Ulfen/ Joannem Hasenbartium, virum præ reliquis pastoribus ge-
 nevem & aliquid intelligentem, & cum eo in eandem sententiam consultis
 & demum ex ejus sermone summam Evangelii, discrimen Legis & Ev-
 angelii, & abusus pontificios didicit, quia & ipse in sua parochia ince-
 perat patrocinari Evangelio, & Sacramenta legitime administrare de
 suffragio generosæ Domina: Mox iste tradit suo Principi Domino *Ar-
 noldo Augustanam Confessionem, ejus Apologiam & Schmalcaldicos articulos
 cum utroque Catechismo Lutheri legendos, adjungens libellum D. Urbani
 Rhegii continentem formulam caute loquendi de præcipuis vero doctrina
 articulis.**

Cum illa omnia Comes *Arnoldus* legisset, & nomina Illustrissimorum
 Principum qui Augustanam confessionem obtulerant Casari asteris-
 vidisset, & jam ex multis intellexisset, quod illam in ea confessione
 comprehensam doctrinam multialii Principes, Heroes, & civitates
 hinc inde curassent in suis ditionibus & jurisdictionibus propagari: Co-
 vocari quoque iussit ex utroque Comitatu omnes Pastores, & ipsis curat
 lens per consiliarios & prædictos Theologos Joannem Hasenbartium & Jo-
 annem Loënum Anno Domini 1544. indicari, ut in posterum abolerentur
 eiiis sacris, idolatricis cultibus, Missis, Vigiliis, sanctorum Invocationibus
 Stationibus, processibus, atque abusus in aqua lustrali similibusque doctri-
 nam Augustana confessionis amplecterentur & juxta formam Ecclesiarum
 confessioni addictarum, Sacramenta & reliquas ceremonias Ecclesiasticas ad-
 ministrarent: Tandem in tali conventu pastorum omnium, & in præ-
 sen-

sentia suorum præcipuorum consiliariorum & Nobilium sic omnes affatur proprio ore Comes: Honorandi & cordati pastores. Hanc, quam modo vobis tradendam in Ecclesiis nostris proposui doctrinam, agnosco in mea conscientia veram, & per gratiam Christi Domini mei in hac usque ad finem vitæ meæ perstabo: Nec quoque me vel pigebit vel pudebit propter hanc exilia sustinere, & quamvis adversam fortunam experiri, committens eventum Domino JESU CHRISTO filio DEI: Ut quoque idem vos tanquam fideles pastores faciat, singulos per proprias conscientias graviter moneo, quia quilibet cogitabit, quod sit illi coram Archipastore Christo suæ villicationis ratio danda: Sitis igitur fideles in hæc doctrina propaganda, & interim eventum committite Christo nostro Emanueli, ut ei stetis & cadatis: Si quoque propterea vobis sustinenda essent exilia & calamitates ferendæ, quisque sumat alacriter crucem suam in se & sequatur suum Dominum & Salvatorem Christum filium DEI, nemo enim potest piè in Christo vivere absque persecutione & calamitate. Stemus igitur fortes animati in Domino, nixi vera fide & fiducia filii DEI nostri protectoris: Quod ad me attinet, quantum in me est, agam patronum veræ doctrinæ & omnium piorum rectè sentientium, eos protegam: Nec ullius periculi aut infortunii metu aut terrore Christo Domino nostro volente & nos confirmante patiar me divelli à tali proposito. Finita oratione Illustri Comitis, omnes pastores egerunt gratias DEO & ejus Celsitudini non sine lachrymis præ gaudio: Sic omnes pastores cœperunt veram doctrinam propagare, & legitimum Sacramentorum ulum & idoneam piarum ceremoniarum administrationem adornare & in effectum producere: Eratque etiam in plebe magnum gaudium, & magna inter ministros Ecclesiæ concordia: Comes ipse etiam constanter in pio perstitit proposito usque ad finem vitæ: Et quidem tempore Interimistico nulla singularis mutatio est in hujus Comitis Ecclesiis visa: Et licet hic Comitatus variis sectis undique cingitur, tamen tunc temporis permansere Ecclesia ibi à Sectis Anabaptistarum & Sacramentariarum longo tempore pura & immunes.

Præcipuos duos Evangelii Doctores recensui & nominavi, quibus merito annumerari debet *M. Rodolphus Kamfferbeckius*, vir excellenter doctus & egregius Theologus (qui se in quibusdam graviter *D. Alberto Hardenbergio* opposuit & evulgavit in Belgico idiomate aliquot commentaria in quosdam prophetas) fuit *Pastor in Bosthusen* / sed bonus *Kamfferbeckius* immatura morte eripitur ex hac vita non sine jactura totius Eccle-

clesiæ per istum Comitatum: Ei succedit *Georgius Hasenbartius*, *Johannis filius*: Item in oppido *Niehaus* sunt concionatores fidei *Jodocus Crullius* & *Alexander Fungius*: Item alibi docent *Antonius Joannis Svolapæ* & *Gerhardus Bestius*.

Jam multi censent in eo Comitatu aliam vigere religionem, videlicet eam, quæ ad *Calvini* dogma accedat, quod tamen pro recto non affirmamus. Interim modernum Comitem *D. Arnoldum*, *Everaci filium* & *senioris Arnoldi*, cujus mentio facta est, nepotem, pietate, doctrina, virtute & clementia illustrem vigere & modo florere scimus.

ECCLESIASTICA HISTORIA RENATI EVANGELII

In COMITATU BARBIENSI.

Semper quidem *Wolfgangus*, Comes *Barbiensis*, postquam *Georgius* *Johannes* *Gebhardo* Comiti *Mansfeldico*, amavit doctrinam à *D. Lutero* propagatam & suis pastoribus permisit, ut libere Evangelii doctrinam propagarent: Ideo ipsi *L. Nicolaus Amstorfius*, dum ageret *Seniorem* & *Inspectorem* *Ecclesiæ Magdeburgensis*, fuit familiaris & gratus: Tandem vocavit *Witebergam*, de consilio *D. Lutheri* & *Philippi Melancthonis*, *M. Wernerum Steinbusium*, *Westphalum*, in *Superintendentem* & pastorem *Barbiensem*, qui *Barbiensis* Comitatus *Ecclesiis* longo tempore præfuit. Extat Epistola ejus ad *Philippum Melancthonem* scripta, an rectè dicantur filius DEI λόγος & patris: Sed eam Epistolam censent *Scholastici Witebergenses* scribentes pro præceptore suo *Philippo*, non ab hoc *Wenero*, sed ab *Illirico Flacio* profectam esse: Quem ajunt rei familiaris & domesticis negotiis magis occupatum, quam ut tam periculosis quæstiones tractet: *Philippus Melancthon* huic *Wenero* respondet, & apertè eodem Anno videlicet 1556. testatur, talem Epistolam ipsi *Wenero* dictatam esse ab alio, quamvis ipsum vocet virum prudentem & amicum veterem, interim monet, ne in posterum hujusmodi delirias ad ipsum scribat: Tandem sic concludit Epistolam *Philippus*. Hæc ad Epistolam quam mihi misisti, breviter respondeo, & te oro, ut sis hortator certus ad studium publicæ tranquillitatis. Vale. Anno Domini 1556.

Hic *M. Wernerus* diu in *Ecclesia Barbiensi* vixit & veram doctrinam propagavit: Fuere etiam vel cum illo vel post illum ibidem pastores & Eccle-

Ecclesiarum ministri *Joannes Doberdus, M. Henricus Dresserus, Petrus Hebrus, &c.* & plures: In eadem paterna Religione perfliterunt pii & illustres Comites filii Domini *Wolffangi D. Albertus, Egregius Heros, & Dn. Burchardus,* magnis Principibus gratus.

ECCLESIASTICA HISTORIA RENATI EVANGELII

In COMITATU DEIPHOLDIANO.

Cum *Fredericus Comes* duxisset *Evam Comitissam* natam de *Regenstein* qua perceperat gustum Evangelii in patria, ea fuit piis monitis hortatrix marito & Domino suo, ut curaret Evangelium in sua ditione propagari, & Germanicos psalmos cantillari in Ecclesiis, tamen tali Illustris Dominae proposito vehementer restiterunt Capitulares, Canonici & Vicarii in *Dreyer* / sed cum pia matrona non desisteret, & ad Comitem Generosum fama perferret, quendam virum doctum & lectorem in coenobio Franciscanorum, nomine *Patroculum Romelingum*, (quem alii *Borgelonum* vocarunt) *Susatensem*, magna cum libertate & mira facundia *Osnaburgae* tradere Evangelium, & propterea in periculo versari, nec tamen mox ideo desistere coeptis, sed animose pergere: Statim *Comes Fredericus* mittit Anno Domini 1528. in vicinam urbem *Osnaburgam* legatum, & curat *Patroculum Romelingum* evocari ad se, & audita ipsius concione retinuit eum in ministerio, & is & disputavit & docuit publicè contra istos *Canonicos & Vicarios*: Postea moritur *Asindia* sudore *Anglico* Anno Domini 1519. *Comes Fredericus* relicto filio infante *Rodolpho*, cujus tutelam suscipere patrum *Joannes & Conradus*, & Evangelio suum permiserunt cursum. *Patroculus Romelingus* fortiter pergebat in propaganda Evangelii doctrina & erat diligentissimus *D. Lutheri* discipulus ac imitator, & ipsius vestigia sequebantur reliqui pastores. Ipse *Romelingus* in tali proposito perseveravit etiam sub gubernatione *Rodolphi*, Comitis filii *Dn. Frederici*, quia & ipse Evangelii doctrinam suo patrocinio fovebat, usque ad annum Domini 1558. vel 1559. Circa ista tempora cum amplexus esse videretur pius Comes & Heros bellicosus *Dn. Christophorus, Comes Altenburgensis*, sententiam *D. Hardenbergii*, & veniret *Deipholtium*, atque permoveret *Patroculum*, ut cum *D. Alberto* familiaritatem contraheret, & ipsius opinionem sequeretur: Id facit *Romelingus*, & sic senex

videbatur à priori sententia sua deflectere aliquantulum, deceptus per *Hardenbergium*, qui quoque prædictum Comitem *Christophorum* in suam pertraxerat astute & subdole sententiam, ut erat homo in persuadendo mirus: In hoc proposito postea senem *Patroculum* confirmavit ejus gener *Henricus Bokelmannus*, vir acutus & disertus concionator, sed ut opinor Calvinianus.

Patroculo accesserunt *M. Joannes Plumerus*, pastor in *Dreyer Hermannus Major*, *Joannes Hoffmannus* & *Hermannus Travesius*, quoniam diligenter legebant *Calvini*, *Petri Martyris* & *Bullingeri* scripta: tantum permanebant in sententia *Lutheri*, & veterem formam cum baptisatum synaxim administrandi usitatam cum veteri & vera doctrina versabant *Gisbertus Stannarius*, *Joannes Steingroffe*, *Albericus Gulsus*, *Antonius Schraderus* & *Joannes Laërus*. Mortuo *Romelingio* circa Annum Domini 1566. & antea demortuo quoque Comite *Rodolpho*, qui etiam (sicut & *Patroculus Romelingus*) permanfit in nostra religione constans tempore *Interimistico*, nec quicquam propter minas *Cæsarum Caroli V.* mutabat, devoluta erat tutela junioris Comitis *Frederici*, nati ex matre Comitissa *Hoyensi Margaretha*, pia matrona, ad Illustrissimum Ducem *Laneburgensem Wilhelmum*, Principem verè pium. Quando igitur ille audiret dissonantiam in opinionibus & ceremoniis existere inter ministros & pastores Ecclesiarum, in hoc Comitatu, ablegavit eo *Joannem Dreyermannum*, Consiliarium & Licentiatum Juris, *M. Georgium Bönensackum* Superintendentem, & ejus collegam *M. Hermannum Cregelinum*, qui convocatis pastoribus omnibus Anno Domini 1571. ad 17. Augusti, in præsentia Domine Comitissæ viduæ *Margaretha*, Doctoris *J. U. Hermanni Husekeni*, Cancellarii, & Doctoris *Reineri à Sande* Calvinistæ, ordinationem Ecclesiasticam olim ante plures annos Ecclesiis Ducatus *Laneburgici* à *Philippo Melancthone* præscriptam, proposuerunt, ut juxta eam singuli sua sacra in Ecclesiis concorditer administrarent: Ibi post deliberationem prædicti pastores, quorum primarius erat *Plumerus*, mox confecto scripto offerunt viduæ Comitissæ, quid in illa ordinatione desiderarent, imprimis de usu *Exorcismi* in baptisate retinendo, & de admittendo muliebri, tempore necessitatis, *baptismo*, multa locum istas ceremonias tanquam impias & cum scriptura pugnantes atheasque rejiciunt priores quatuor, ideo res procedit ad colloquium, in quo etiam non solum prolixè est de retinendo baptisate muliebri, tempore necessitatis, & admittendo *Exorcismo* antiquissimæ Ecclesiæ usitatum à *M.*

à M. Bonensackio & Cregelio contra Plumerum & suos plurima etiam spinosa proferentes, disputatum, sed quoque de re Sacramentaria, & de cena Dominica, magna controversia accessit, probe à Luneburgicis ventilata Theologis. Deipholiani isti quatuor pastores, licet quaedam speciosa videbantur adferre, tamen ita sunt refutati, ut admittere illam Ordinationem non obscure se declararent, praesertim quinque posteriores pastores, qui omnibus modis & obviis ulnis Ordinationem Luneburgensem acceptarunt & approbarunt, imprimis vir doctus Gisebertus Stannarius, &c. Omnia nobis felicia de gubernatione hujus moderni Comitis D. Frederici Illustris & Generosi, cui Christus adsit sua gratia, & praebet ei omnia felicia, promittimus.

HISTORIA ECCLESIASTICA RENATI EVANGELII

In DELMENHORSTANO COMITATU.

Quando Monasterienses olim ad se eum Comitatum rapuissent ut percruenta bella, ecce accidit circa annum Domini 1543. ut Franciscus, Waldechianus Comes, Episcopus Monasteriensis & Osnaburgensis, Administrator Mindensis, curaret reformari Ecclesias per Hermannum Bonnum, Ecclesiarum in Inclyta LubecaInspectorem, virum doctissimum, sic quoque in collegio & Ecclesiis Delmenhorstans viguit vera Religio, & praefectus est Ecclesiae in Delmenhorst Oliverius Marsmannus (quem alii Marschium vocant) Flandrus, vir doctus, qui graviter primo contendit cum Capitularibus, praesertim Decano Hermanno Hollikeno, donec eos ad cognitionem veritatis perduceret. Illo Osnaburgam discedente, ibidem ludimagister Hieronymus Trabukirius Brabantus succedit, & istius demortui rursum locum occupat Ludimagister eruditus Franciscus Liranus, atque eo tempore quando Hermannus Bonnus reformaret Ecclesias, praeficitur Berna in Stedingia Phrisia Pastoratui Bernhardus Knopius, vir doctus, & huic successit Henricus Stonebergius vir ingenio festivo: In Vanderfese (templo à Genserico Gotthorum rege, ut vulgo refertur, exstructo) tunc praefuit gregi Wernerus Stein longo tempore, &c.

Cum vero ex jussu Commissariorum Casaris & legitimis mediis tanquam veram suam haereditatem, Marte & bellica virtute ad se & suos redegisset transtulissetque D. Antonius, Comes Altenburgensis & Delmen-

horstannus anno Domini 1547. Comitatum hunc, religionem veræ doctrinæ ipsis omnibus non solum permisit, sed etiam singulis pastoribus suum patrocinium clementer promisit.

Monasterienses, qui volunt videri Catholicæ & sancti cultores Romæ doctrinæ, destruxerunt *Canobium* amplissimum in *Hude* monachorumque dissiparunt, & everterunt funditus celebre templum collegii oppidi *Delmenhorst* / & plane hoc demoliti sunt, & rursus locum parvum sacellum erigi curarunt: Hi erant talium Episcoporum & Cononicatorum fructus.

Nostro tempore *Delmenhorst* magnum veræ Religionis, doctrinæ ac ministerii Ecclesiastici agit patronum *Junior Antonius*, *Comes Auriburgensis* & *Delmenhorstianus*, qui ibi suo aulico concionatori *Johanni Heinio*, viro pio & diligenti novas ædes extruxit, stipendium *Francisco Lirano*, pastori, & prædicto *Heinio* auxit, novam Scholam *ordinari* curavit, & Ludimagistro annuum mercedem constituit, & *multos* Ecclesiæ clementer & liberaliter fovet.

Hodie in *Ganderfese* docet vir diligens *Conradus Osmundus*, & in *Sarpstede* *Antonius Mejerus*, in *Stedingia* *Berna Henricus Holder*, *seems Bellingus*: In hujus Illustris Comitis præfectura & Ecclesiâ *Dard* Evangelium primò plantavit *Telemannus Hanneken* / vir prudens, cui filius *Gerhardus Hannekens*, vir sagax & industrius, successit.

HISTORIA ECCLESIASTICA RENATI EVANGELII

In DOMINIO ESENSI.

Cum *Balthazar*, *Nobilis Dominus in Esens & Witmunde* / à vicinis Dominis & Heroibus multis variisque modis infestaretur, & bellicis negotiis occuparetur, licet *Evangelica doctrina* additus esset, tamen propter tumultus & dissipationes nihil ille tentare potuit: Tandem se confœderarunt & confociarunt aliquot pii pastores, ut *M. Johannes Visbeckius*, *Pastor in Durhove* / (qui ad septennium studuerat *Witberge*), *Richardus Hicke*, *pastor in Dunum*, & *Mammo Falckhardus*, *pastor in Widdorp* / quod vellent feliciter Evangelii doctrinam propagare in suis Ecclesiis & pios psalmos canere, & sic pergere, etiam si propterea quodvis periculum essent experturi: Id quidem isti tres in effectum produxerunt.

& ideo anno Domini 1525. feliciter inceperunt: Mox invasit ditionem Domini Balthasaris Enno, Comes Orientalis Phrisia, qui per totam ditionem Esensem & Witmundensem curat Evangelium de JESU CHRISTO per quendam Fabianum propagari & Ecclesias reformari, ut erat Luthero & ipsius doctrinae addictissimus Comes.

Interea incertis obambulans sedibus Dominus Balthasar, tandem se subjecit Carolo, Duci Geldria, à quo accepit in feudum suam ditionem: Ille Carolus ut vir bellicosus, & ultimus suae masculae stirpis Dux Geldria, magno exercitu ingreditur Orientalem Phrisiam, obsidet praedivitem praefecturam de Grete (olim dictam Graiße) & expugnat: Quam si recipere vellet Comes Enno, cogebatur Carolo Duci in totum concedere ditiones Esensem & Witmundensem, in quam curat Princeps introduci Balthasarem, verum Dominum & haeridem, (ea tamen lege, ut ipse ibi semper haberet Vicarium Ducalem vel locum tenentem) per Bernhardum ab Hackwardt / Nobilem Capitaneum, quem etiam suo ibi loco Vicarium constituit: Hic Hackwardus cum rerum potiretur, & quidvis in ditionibus his non etiam consulto vero Domino & haerede D. Balthasare, tentaret, erat infensissimus hostis verae doctrinae, vocabaturque Lutherum heresiarcham, ejusque discipulos haereticos, & graviter in veros Christianos & pios pastores cepit inquirere: Ejecit M. Joannem Visbeckium, liberaliter suam doctrinam coram hoc Hackwardo confitentem & probe probantem, ex Burhave / quod valde male habebat Dominum Balthasarum, qui amabat Visbeckium, ideo eum praefecit Ecclesiae & pastoratui in Werdum.

Valde in tam impio proposito confirmavit Nobilem Bernhardum ab Hackwardt quidam Pontificius pastor in Witmunde / homo versutus, Joannes Pluckerus, Papista insignis, qui multos pios ad eum detulit. Ejecisset quoque Hackwardus Reichardum Hickenem ex pastoratu in Dunum, nisi ipse vitam cum morte commutasset: Cui cum quidam Popkenus succederet, & interim uxorem duceret, propterea tanquam haereticus damnatur & in exilium pellitur. Quando etiam ex Pluckeri instinctu cognosceret adhuc in Werdum foveri M. Joannem Visbeckium, inde ipsum quoque expulit, qui se postea in Dithmarsiam contulit, & ibi ut vir doctus & facundus conditionem Ecclesiasticam obtinuit: Deinde Mammo Folkhardus pellitur ab ipso ex parochia in Urdorp / tunc eum suscipiens D. Balthasar fovit aliquantulum & postea Ecclesiae in Uzel praefecit. Interea moritur anno Domini 1537. Dux Geldria Carolus, & cum tunc abire

abire jussisset *Hackwerdum Dominus Balthasar*, ut ipse manum Regimini applicaret & plenum Evangelii patrocinium suscipere, tandem optimus *Heros Balthasar* curat solenniter ex *Dithmarsia* revocari *M. Joannem Visbeckium*, virum doctum & gravem, eumque constituit pastorem primò in *urbe Esensi*, deinde ordinavit in *Superintendentem* per illas ditiones: Committit etiam *Dominus Balthasar Visbeckium* cum *Pluckerus* aliquoties, ut in ipsius presentia sæpe de religione conferret. Tandem cedit *Pluckerus Visbeckio*, & dat gloriam DEO & ejus filio *CHRISTO* Domino nostro, *migrat in castra Evangelicorum* jam professoris ætatis & magni judicii ac ingenii homo: Qui pro sua facundia multum in propagando Evangelio & multis *CHRISTO* lucrificandis laboravit: Idem fecit *Hermannus Wickrodius Esena*, ubi collega *Visbeckio* datus est vir sane in sacris literis eruditus & pius.

Dominus Balthasar instituit visitationem Ecclesiarum suarum & hinc præfecit *Visbeckium* & *Joannem Pluckerum*, qui omnia bene disponebant per Ecclesias. Postquam *Domino Balthasari* tunc bellum inferrent *Bremenses* & cingerent arcem *Wittmunde* erat in obsidione *Joannes Pluckerus* & in arce moritur anno Domini 1540. ideoque à castrensibus honeste sepelitur & in valle sepulturam consequitur, cui tunc in pastora successit *Henricus Wackenrodius*, vir sagax, cui deinceps datus est collega & successor filius hujus *Henrici Joannes Wackenrodius*.

Moritur eodem Anno Dni 1540. *Dominus Balthasar* nondum conjugatus, itaque hæc Domina devolvuntur jure hereditatis ad *Joannem* ejus *Annam* nuptam *Oithoni Comiti Rithbergico*, quæ etiam & vivo marito *Domino Otthone* & mortuo, ministerio Evangelii favebat, & unico adhuc superstiti filio *Domino Joanni Comiti* & *Domino* tradebat gubernationem trium ditionum, ut *Comitatus Rithbergici*, *Dominiorum Esensis* & *Wittmundensis*: Hic *Heros* ut erat statura, ingenio, doctrina, & eloquio conspicuus & clarus, sic quoque amabat doctos & synceros pastores aliosque peritos viros.

Cum vero moreretur *M. Joannes Visbeckius*, constituit in ejus locum suum veterem pædagogum *Hieronymum Grestium Herwardensem*, virum sedatum & probum, & demortuo *Wickrodi* erant *Grestio* collega *Wilmoldus* quidam, & postea *Lubertus Henricus*: Fuit sub *Hieronymo Grestio* bono, facundo & honesto, dum ille viveret & pastorem atque *Superintendentem* ageret, magna pastorum tranquillitas atque pius consensus. Cum vero *Comes Joannes* moveret bellum *Lippiensi Comiti Bernhar* datus

que deinde ei cum Episcopo *Paderbornensi Remberto à Kersenbroch* magnam *Comiti Lippiensi Bernhardo* exercitum auxilio adducente, *Lippiacus* occurreret & in arce *Nitberg* cingebatur *Dominus Joannes*, & res devolvebatur ad totius ordinis *Westphalici* proceres, tandem facta deditioe se captivum tradit *Duci Juliacensi & Clivensi Domino Wilhelmo*, qui eum in *Burich* oppido tenuit captivum. Ibi in honesto carcere, vel potius loco tali Heroe digno, sæpe pios Germanicos libros in latinam linguam transtulit: Postea translatus *Coloniam*, ubi libere in libero hospitio versabatur, donec ibi animam ageret: Mortuo interea *Hieronymo Grestio*, & adhuc detento illustri *Comite*, ejus socia lecti & conjunx *Dominia Agneza* nata *Comitissa in Benthem & Stensfordt* contulit eum pastorem *Johanni Sylvio, Benthemensi*, homini quidem facundo, sed vitæ dissolutioris, quo nomine est etiam à consiliariis sæpe reprehensus.

Mortuo parente *Comite Joanne* tandem elocatur hujus filia major natus *Armegarda Erico, Comiti de Hoya* pio & veræ Religionis ac ministerii Ecclesiastici amantissimo Heroi, qui harum ditionum gubernationem suscipit, & imprimis curam habet, ut ea doctrina, quæ sonat in Saxonice Ecclesiis, & quam ex ore *Lutheri* percepimus, ubique conservaretur. Interea dum aliquoties à gravi & eximio viro *Domino Fodoco Wettero, Osnaburgensi, Cancellario Comitatus & Dominiorum Rithbergici, Esensis & Witmundensis*, veræ ac Lutheranæ doctrinæ assertore & confessore constante, *Joannes Sylvius*, sicut antea sapius propter dissolutam vitam & œconomiam suam valde offensivam admoneretur & ad meliorem frugem traheretur, tunc incepit *Domino Cancellario Wettero* movere controversiam, atque conatus est ejus uxori aliquam labem impingere: Sic auctoritate *Comitis Erici* ejicitur, & ei succedit *Meinhardus Hajo Eibenus*, vir sobrius, pius, studiosus & diligens, cui est collega *Lubertus Henrici, Alphusius*.

Fuere ibi pastores merito honoris causa nominandi, ut *Mammo Folckhardus* pastor in *Uzel* qui usque ad Annum Domini 1576. ab initio sui officii Ecclesiastici in *Urdorp* primò deinde in *Uzel* per annos 53. pastorem egerat: Fuit etiam pastor in *Dunum vel Thunum Rodolphus Sylvius*, vir doctus, cujus antecessor erat *Fabbo*, inter primos Evangelistas hujus territorii numerandus. Erant ibi etiam præcipui doctores Evangelii *Johannes Beckerus, Meppensis, pastor Stedesdorfus, & Johannes Fontinus, pastor in Folcum/ Hajo Eibo, pastor in Eglinck/ Wernerus Butinckius, pastor in Uckum/ & Gerhardus Sutphanensis, pastor in Werduin*. Hodie alibi docet in his

Ecclesiis *Bernhardus Hockerus, Osnaburgensis*, clari & docti viri *Jodoci Hockerii* frater.

Hodie Ecclesiæ horum Dominiorum cum pastoribus piis in vera Lutheri doctrina & sincera religione, pacificè & tranquille sub patrociniis Inclyti & Generosi Comitis *D. Ennonis*, ejus nominis tertii, *Comitis Orientalis Phrisiæ*, qui in possessionem harum Regionum pervenit per conjugium initum cum Generosa Domina *Wolpurgi*, filia *D. Johanni* celeberrimæ memoria, florent: Et dicitur hic Comes nostram Religionem contra *Schwermeros* constanter tueri, in quo proposito eum diu Dominus **JESUS** ad finem vitæ conservet, Amen. Et nos ejus Celsitudinis gratia felicia optamus.

Appendix de DOMINIO GEMME.

Quos habuerit in arce, Dominio & oppido Gemme pastor Illustris Dominus *Jodocus*, Comes in *Dolstein / Schowenborch & Stemberg / Dominus in Gemme* licet veritatem Evangelii amaret, & à Pontificum doctrina alienus esset, plane ignoro: Ideo de his nihil scribere possum.

Historiam renati Evangelii in Comitatu & Civitate *Gittingia* delibemus in ea parte, qua describitur, quomodo renatum sit Evangelium in Urbibus inferioris Saxoniae.

HISTORIA ECCLESIASTICA RENATI EVANGELII

In COMITATU HOYENSI

Sub pio parente *JODOCO* & quatuor piis filiis *ALBERTO, ERICO, OTTHO*
& *FREDERICO*, ultimis istius Illustris Stemmatis Comitibus
& Heroibus laudatissimis.

Cum *Annam*, Comitis *Wolfgangi de Gleichen* filiam, duxisset sibi conjugem *Jodocus*, Comes *Hoyensis & Broichausianus*, *Jodoci senioris & Armegardæ Comitissæ Lippiensis* filius, & magno are se gravasset propterea, quod à Ducibus *Brunsvicensibus & Luneburgensibus*, qui conditiones invaserant & jam occupabant, redemisset duos Comitatus, que in feudum ab eis accepisset, prius solutis omnibus bello impensis sumptibus, ideo propter debita sæpe in mœrore & curis obrutus hærebatur, ibi libros consolatorios ei mittit socer *Comes Wolfgangus*, quos tunc
D.L.

D. Lutherus ediderat: Ita scriptis D. Lutheri recreatus, ex petitione con-
 jurgis etiam omnia illa D. Martini Lutheri scripta sibi curavit emi, & avidè
 legit: Id quidem admodum ægrè ferebant monachi Terminarii, & hinc
 inde pastores papistæ: Tandem inflammatur amore restauratæ per Dn.
 Martinum doctrinæ, ideo proficiscitur ad suum Principem (cujus erat
 beneficiarius) pientissimum & optimum Dominum Ernestum, Ducem Lu-
 turgensem, qui jam quoque per avunculos suos Electores Saxoniæ Frederi-
 cum sapientem, & Joannem constantem, ut fideles patronos Lutheri & ejus
 doctrinæ, ad veritatem Evangelicæ assertionis adductus erat & singu-
 lis pastoribus per suum amplissimum Ducatum, liberum Evangelii cur-
 sum permiserat, & communicato cum ipso consilio, atque adeo insti-
 gatus ab eo circa Annum Domini 1524. mox monitis ita præstantissimi
 & æterna memoria dignissimi Principis Ernesti acquiescens, loquitur
 cum suo aulico concionatore & sacrificio & confessore, cum quo per
 integrum triennium legerat scripta Lutheri & Philippi Heros Jodocus, &
 eo consentiunt, ut literis & pecunia Comitis Jodoci instructus hic pius sa-
 cerdos & Domini confessor, nomine Conradus Drudekennus, se Wittenber-
 gam conferret Anno Dni 1525. ad Doctorem Martinum Lutherum: Qui
 Drudekennus exposuit propositum Comitis sui Lutheri, quod ejus Celsitu-
 do peteret propter vagantes monachos Terminarios & alios pontifi-
 cos pastores & vagos missificos quendam doctum & in sacris literis ver-
 fatum virum sibi mitti, qui tales contundere & confundere posset: Mit-
 tit igitur Lutherus suum domesticum Adrianum Buxschotium, Antwer-
 piensem, qui Antwerpia cucullam exuerat & se ad Lutherum contulerat,
 virum in latina lingua facundum, & in Belgico sermone suavem: Quem
 honorificè excepit optimus & ardore veræ doctrinæ accensus Comes,
 & tandem cum illo communicato consilio, & habita deliberatione, ju-
 bet ipsum ingredi templum Neoburgi (quod est amplissimi Comitatus pri-
 marium oppidum) & audire monachum terminarium pro concione
 docentem: Monachus cum nesciret talem reformatorem adesse, cepit
 diriter in Lutherum stomachari & pro hæretico fugiendo proclamare.
 Ibi Adrianus Buxschotius exorsus palam dixit: Ego ad hoc vocatus sum
 ab Inlyto Comite Hoyensi Domino Jodoco, ut te & tuos mendacii argue-
 rem: Ideo dic tu, perverse monache, idque palam coram tota Ecclesia
 hac, ubi, quando & quibus in locis erravit Lutherus, & in quibus argu-
 mentis vel articulis ipsum censes hæreseos accusandum? Cum obmu-
 tesceret monachus, inquit ad Crucigerum, responde & quidem cito,
 Hhh hh 2 aut

aut te arguo mendacii & hareseos: Ibi clam descendit ex suggestu monachus se alio conferens, nunquam in Comitatum hunc reversus. Mox ascendit in proxima concione *Adrianus* suggestum, & ad publicam disputationem se obtulit, hoc etiam ab Illustri Comite *Jodoco* impetravit ut ubique locorum intimaretur, hunc magnum *Adrianum Buxschoten* publicè Pontificias impietates refutaturum, & doctrinam *D. Lutheri* aperta disputatione confirmaturum esse solidis scripturæ testimoniis & certis argumentis. Cum vero omnes detrectarent disputationem, curavit per hunc *Adrianum* aboleri Generosus Comes missas, vigiliæ, invocationes sanctorum & reliquas Papales abominationes, & aliquam institutionem Ecclesiarum adornari, & certam formam ceremoniarum. Sequenti anno frater *Jodoci Comitis Ericus*, qui aulam suam infuere arce *Stoltenowe* habuit disertum & peritum, & in scripturis exercitum virum *Nicolaum Cragium*, libere & dexterrime doctrinam Evangelii profitentem, cujus conciones multi etiam Heroes cum stupore audiebant apud se: Ideo is gratus erat Comiti *Erico*, & hic *Nicolaus Cragius* superabat eloquio *Adrianum*. *Nicolai Cragii* opera in reformandis Ecclesiis & refutandis Papistis postea Mindenses usi sunt. Quando verò per *Adrianum* omnia essent probè & benè in Ecclesiis disposita, docet primò in *Drackenborch* *Adrianus*, & postea in oppido *Doya* Ecclesie præficitur pastor, cujus opera in visitatione utebatur Comes (quia erat vir doctus & gravis,) sed noluit ipsum agere in aula *Neoburgica* propter Belgicum sermonem. Cum igitur in rustico tumultu Anno Dni 1525, audiret Comes *Albertus de Mansfeldt* Reformationem adornare Dominum *Jodocum*, Comitem *Hoyensem*, (quia summa inter eos coaluit amicitia) mox ad eum misit virum bonum & eruditum *Cyriacum Hessum*, Thuringica lingua, qua delectabatur Comitissa, utentem, hunc præfecit Ecclesie in oppido *Neoburgo*: Deinde ad eundem Comitem *Jodocum* mittit *M. Jodocus Crammius*, eruditione & gratia singulari præstans, ab Illustrissimo & benignissimo Principe *Ernesto*, Duce *Luneburgensi*, qui etiam nominatim scribebat Comiti, ut hunc constitueret sibi pastorem in oppido *Neoburgo*: Quod etiam factum est. Interea erat ei collega & aulicus concionator *Cyriacus*.

Crammium illum mirificè dilexit Illustris Dominus propter multa eximia ipsius dona; Et semper illius & *Adriani Buxschotii* opera utebatur in visitandis Ecclesiis, & his adjungebat *Joannem Timannum*, Amstelrodamum, *Bremensem* pastorem, ex urbe evocatum, quem quoque unice dile-

dilexit & in pretio habuit. Hæsit ita in visitatione Ecclesiarum & in pastoratu Neoburgico ad decennium M. *Joannes Crammius*, donec se Hildesiam conferret, quando ibi Evangelii doctrina primum propagaretur, ubi egregiam CHRISTO & Ecclesie ejus operam navavit, & inde *Hanoveram* discessit, ubi puto ipsum vita functum esse. Discedente Crammio ex hoc Comitatu, postea cum aliquantulum curaret per alios pastorale officium administrari in oppido Neoburgo Comes, tandem vidit sibi opus esse idoneo aliquo viro, qui M. Crammio substituatur: Itaque nuncium mittit *Wittebergam* ad D. *Lutherum* & *Philippum* Anno Domini 1542. & petit sibi mitti idoneum & doctum virum, qui præficiatur Ecclesie in oppido *Neoburgo*, cujus etiam opera simul in visitatione utatur. Mittitur igitur M. *Paulus Neocletianus*, Geldrus, qui ab eo tempore Neoburgi pastor fuit usque ad Annum Domini 1565. quando moritur, & hic *Paulus* cum M. *Adriano Buxschotio* visitandis Ecclesiis operam suam huic Comiti & filiis Alberto & Erico Comitibus fideliter elocavit.

Huic *Paulo Fredericus Rufus*, discipulus *Lutheri*, successit in Ecclesia *Neoburgica*: Qui pro sua eruditione, pietate & sancto zelo effecit apud Comitem piissimum *Ericum D. Jodoci filium*, ut ubique Ecclesiastica disciplina institueretur & observaretur, atque examen *Catechismi* in omnibus parochiis à prandio diebus Dominicis exerceretur semper. Tunc temporis sub Comite *Jodoco* celebres donis Pastores, *Joannes Polmannus in Drackenborch* / *Johannes Meyer in Usendorff* / *Albertus Coquus*, & *Joannes Reinerus in Bücken* / *Henricus Velingius in Martfelde* / *Conradus Vasmarius in Mellinckhusen* / *Hermannus Denckerus in Jssendorff* / *Hermannus Kriebet in Sulinge* / *Hermannus Groningius in Weizen* / *Henricus de Vida in Dienterfen* / *Ascanius Lupus in Staffhorst* / *Henricus Selhovius in Sute wolde* / *Joannes Eriscius in Barsen* exstiterunt: Fuit in *Bilsen* pastor M. *Joannes Winocus*, sed factus Sacramentarius ejicitur. Promoverunt negotium Evangelii primò *Franciscus ab Halle* Satrapa, & *Valerius Barensherus* Cancellarius, & post eos *Henricus Beet* ditionalis Satrapa, & *Fredericus à Gladebecke* Satrapa, & *Johannes Hakenus* Cancellarius in aula Hoyensi semper, & postremo Doctor *Telemannus Erpbrochius*, *Lemgoiensi*, vir magnus.

Circa annum Domini 1547. & 1548. quando *Carolus V. Casar* triumpharet de victis duobus Principibus *Electore Saxonie* & *Landgravio* (quos captivos duxit) & Ecclesias Germaniæ nova formula Religionis, dicta *Interim*, premeret, & quidem jam animam egisset *Comes Jodocus*, & guber-

naclauditionum ad filium primogenitum *Albertum Comitem* devotus essent; Ibi generosus & pius pii Comitis *Jodoci* filius in initio suæ gubernationis, edictis & mandatis *Episcopi Verdensis* & etiam *Bremensis* (quia utrunque Episcopatum unus *Christophorus, Dux Brunsvicensis & Luneburgensis*, obtinebat) valde premebatur, quia iste repetebat *Jurisdictionem Ecclesiasticam*, & minabatur ei Inclementiam Cæsaris aliaque dira.

Ibi curat convocari *Synodum*, ad quam convocantur omnes patres, & quoque huic voluit interesse *Joannem Timannum*, *Amstelredamum*, Brema evocatum. In hac *Synodo* curat *Comes Albertus gratia Cæsaris & Episcopi Christophori per Cancellarium Joannem Hakenum*, virum industrium, sagacem & meditabundum proponi: Ibi per *Joannem Timannum Amstelredamum* rogant *Illustrem Comitem D. Albertum* patres, ne ab agnita veritate vel in minimo discedat, sed in patris hereditate vestigiis.

Exemplum constantiæ in Senatu & civibus *urbis Bremensis*, quomodo mirabiliter eos Dominus ab hostibus ferocientibus liberaliter & clementer liberaverit & eos straverit, ipsius Comitis *Celsitudini* proponitur. Tandem, ut antea fecerant, nunc quoque graviter ad constantiam hortantur *Dominum* suum *M. Adrianus Buxschotius* senex & *M. Paulus Neoclerianus*, ut viri graves: Idem quoque fecerat antea & eodem tempore *Fredericus Rufus*, qui nuper adjunctus erat collega in *Ecclesia Neoburgica M. Paulo Neocleriano*.

Ibi partim ipse *Comes* & partim ipsius nomine *Cancellarius Joannes Hakenus* respondet, sibi nunquam in mentem venisse, ut vel quicquam mutaret, saltem ut judicia pastorum audiret, ideo quodvis etiam le discrimen libenter subiturum potius, quam ut quicquam vel in doctrina vel in ceremoniis mutari permetteret, asserit Heros pius: Et sic hortatus est pastores ad constantiam, & ipsis omnibus promisit suam patronium; Ipsi egerunt ejus *Celsitudini* submisit gratias, & ejus heroicam atque generosum animum in retinenda constanti vera Religione, non curatis adversariorum minis, valde omnes commendarunt: Omnes ibi pastores honesto convivio excepit *Comes Albertus*, honorifice tractavit & istorum convivio interfuit: Ita omnes magna lætitia perfulti gaudentes in CHRISTO domum reversi sunt. Mox respondet *Episcopo Christophoro* literis, se *Jurisdictionem Ecclesiasticam* ab ipso & suo clero propositam, ut novam servitutem, qua suus parens felicitis recordationis *D. Jodocus* nunquam sit ab illo pressus, suscipere non posse, postquam etiam *juniores Principes Luneburgenses* non susceperint.

Adrianus Buxschotius, qui bis ad reformandas vel purgandas Ecclesias in Comitatum Lippia diversis temporibus mittebatur, in pastoreatu oppidi & arcis Hoyensis perstitit, cum laude administrans suam Ecclesiasticam functionem usque ad Annum Dni 1564. quando 27 Octobris moreretur, & tunc ei succedit, ut viro gravi & erudito, vir quoque gravis & eruditus *M. Joannes Holstius*, Hoyensis & auditor Lutheri: Deinde quoque sequenti anno videlicet 1565. in die Epiphaniæ moritur *M. Paulus Neocletianus* Neoburgi, cujus exstat publicum scriptum de morte *Joannis Timanni* Amstelrodami Neoburgi animam agentis placidissima & sincera ejus confessione paulo ante mortem prolata, &c. Huic succedit in ministerio collega Domini Pauli *Fredericus Rufus*, vir facundus, gravis & eruditus atque Lutheri auditor, in pastoreatu Neoburgico: Quando vero duxisset *Comes Albertus* piissimam & Inclytam Conjugem *Carbarinam*, natam *Comitissam de Altenborch & Delmenhorst* / & jam ad pietatem totus animum adjecisset & serio negotia politica tractaret, ecce in medio flore ætatis ex hac vita discedit Anno Dni 1561. quando paulo ante mortem *Exules* aliquot ex Senatu & duos ministros Ecclesiæ, ex urbe *Brema* pulsos suscepisset hospitio cum aliquot civibus: *Dithmarum Timannum* *Johannis* Amstelrodami filium, & *Christianum Werne- rum*, *Brema* dimissos propter doctrinam Lutheri, ad vocationes & pastoreatus certos promovit *Comes Albertus*.

Mortuo *Alberto Comite*, assumitur ad gubernationem *Comes Ericus*, qui seriò quoque afficitur cura Ecclesiarum & piorum ministrorum, & sicut *Albertus* frater ceperat, ita ille per *Fredericum Rufum* & *M. Johannem Holstium* visitationem instituit per singulos annos, & assumpsit in aulicum concionatorem *M. Mentonem Gogrevium*, hominem verutum & doctum, qui pedetentim incipiebat à *Rufio* dissentire, & quoque se ipsi præferre: Ibi considerans *Illustris Comes Ericus* inter istos duos concurrere similitudines, vocat de consilio Cancellarii *Johannis Hakeni* in Superintendentem *M. Joannem Beckerum*, propter sententiam Lutheri contra *Danilem à Buren* consulem, eruditè defensam ab eo, *Brema* ejectum: Tandem mortuo *Beckero*, dimittitur etiam *Mentio Gogrevius*, quem tamen valdè diligebat Cancellarius *Joannes Hakenus* & ipsius filius *Robertus Hakenus*, *Comitis Erici consiliarius*, propter dona docendi.

Moritur ante *Ericum Comitem* omnium fratrum Junior *Comes Fredericus* Anno 1571. Heros literarum, sincerae doctrinæ & musices peritus, & pastorum ac Musarum amicus: Tandem etiam fatis concessit *Comes Ericus*

Ericus Anno Dni 1575. Princeps humilis, pius & eloquens, & Lutheranae doctrinae magnus & constans fautor.

Sic tandem ad *Othonem Comitem* natu majorem, *Erico* & *Frederico Comitibus* defunctis, devolvitur ut ultimum suae Nobilissimae Stirpis masculae haereditatem, gubernatio. Hic Heros *Dominus Ottho* curat reformationem & visitari Ecclesias per *M. Jodocum Glanem*, evocatum ex *urbis Roma*, & per *Fredericum Russum*, & utrique in mandatis dedit, ut certam aliquam ordinationem conscriberent, quod ab utroque hoc est *Glan* & *Russio* factum est, quae sub nomine *Illustris Comitis Otthonis* est typis divulgata & pastoribus commendata est: Fuit *Comes Ottho* magnus ruralium ruralium fautor, quibus contulit agros, campos & pascua integram haereditatem, sicut ante ipsum etiam faciebat frater *Ericus*, libertatem suam exhibens erga ministerium semper.

Moritur ita *Comes Ottho* absque haeredibus, sicut & fratres *Albertus* & *Ericus* *Comites* licet conjugati essent, & sic fit in *Comitatu* distracto, quia partem *Comitatus hujus Lunaburgici*, partem *Brunsvicensis* *Ducatus*, partem *Lantgravius Hassiae* ad se transtulerunt, sic quoque ibi facta est distractio Ecclesiarum.

Inter pastores sub *Comitibus* tribus fratribus floruerunt & adhuc florent eruditione pietate & confessione praestantes Pastores *Fredericus Rusius in Nienborch* / *Daniel Schultenus Pictorius in Wsendorff* / *Warnerus Hartmannus*, & ejus successor *Engelbertus Brandes in Buchen* / *Johannes Joannes Bratsch in Drakenborch* : *Liborius Hoisenus in Walge* / *Albertus Richardus in Hilgenfelde* / *Henricus Mejerus in Levenow* / *David Strömbergius in Lansberge* / *Conradus Winkelmannus in Reizen* / *Hilbrandus Hoescherus in Bynnen* / *Christianus Wernerus in Borstel* / *Wilhelmus Witter in Ryde* / *Henricus Havelborgius in Darrel* / *Jodocus Fenneman in Epele* / *Henricus Mollerus in Hoya* / *Christophorus Bombgardus in Bassett* / *Theodorus Vasmarus in Sulingen* / *Matthias Mosis in Hilgenrode* / *M. Valerius Dornicus in Sulingen* / *Alexander Achimius in Wiken* / *Jodocus Donomannus in Diste* / *Gerhardus Hudepolus in Leste* / cui successit *Georgius Holscherus*, *Johannes Fabritius in Wecholt* / *Bartoldus Vasmarus in Mellinckhusen* / *Johannes Lindemannus in Wsendorff* / *Joannes Bunnekemollerus in Wilsen* / *Theodorus de Vida in Nienkerken* / *Georgius Paulinus in Staffhorst* / *Antonius Copus in Wache* / *Marcus Backhusius in Barenborch* / *Henricus Hamelius in Schmalverden* / *Johannes Haburgus in Hilgenloo* / & in aula piissimae viduae *Dominae Catharinae*, natae *Comitissae de Altenborch* / fuere docti & piissimi concionatores in *Brochusen* / *Martinus Brunus* & *Bartholomeus Hornius*.

HISTORIA ECCLESIASTICA RENATI
EVANGELII

In COMITATU HONSTEIN.

Ernestus, Comes de Honstein cum esset infensus Evangelicæ doctrinæ & caveret præcipereque, ne ulla mutatio Religionis in suo Comitatu fieret, tamen audivit docentem purius reliquis *Andream Wenemannum* in aula, qui etiam alibi cœpit docere & plantare Evangelium & psalmos Germanicos canere, imprimis in *Klettenberge* / ubi pastor constituebatur, interim eum graviter insequitur *Comes Ernestus*, ut sæpe propterea esset in periculo *Andreas Wenemannus*: Attamen quia fuerat aulicus concionator, & novit ingenium Comitis senis sedatum & modestum, ideo ille perstitit in proposito, priori sententia & sua functione, etsi vehementer ad eum mitteret literas *Comes Ernestus*, tamen non terrebatur minis, sed fortiter pergebat usque ad mortem senioris *Ernesti*, & interim in urbe *Elrichiana* cœpit sincere docere *Joannes Crusius*, monachus *Walckenriethensis*, & tandem eò vocatur *M. Simon Kleinschmidt* purioris religionis assertor gravissimus & doctissimus, atque acerrimus veritatis Evangelicæ defensor, qui sua facundia & subtilitate multa in hac Ecclesia præstitit, vir verè pius: Vivo etiam adhuc seniore *Comite Ernesto*, in valle *Metallica* dicto *Andresberg* (das eine Stadt ist) Evangelium purè docuit & psalmos Germanicos cum suis metallicis operariis strenue cecinit *Joannes Kochenthalius*: Vivente etiam adhuc seniore *Comite Ernesto* libere Christum prædicabat in *Backerode* *Jacobus Wilhelmus* atque *Joannes Koningius in Barbis*.

Mortuo patre *Ernesto* tres filii *Volckmarus Wolfgangus*, *Wilhelmus* & *Ernestus*, *Comites in Honstein* magna alacritate susceperunt Evangelii doctrinam, & curarunt per *M. Simonem Kleinsmithium*, pastorem eximium in urbe *Elrichio*, ipsis valdè gratum, & *Jordanum Kreichoffium* (quem paulo ante vocaverant in aulicum concionatorem) virum doctum & disertum, & per *Petrum Keilhornum*, quem aliunde evocatum constituerant pastorem Ecclesiæ in oppido *Blicherode* / hominem eruditum, reformari Ecclesias Anno Dni 1552. Eodem tempore constituitur Pastor in *Honstein* *M. Michael Bockius*.

Demortuis fratribus *Wilhelmo* & *Ernesto* *Comitibus*, sola gubernatio ditionis dilabitur ad seniore[m] fratrem *Volckmarum Wolfgangum*, Heroem integerrimum & veræ pietatis amantissimum & devotum humilemque

Comitem, qui omnibus pastoribus benefecit & demortuis reliquis Visitationibus, uni *Simoni Kleinschmithio* adhuc in patria *Elvichio* oppido, superstiti adjungit socium *M. Joannem Mylium*, gubernatorem Scholæ in cœnobio *Walckenriethensi*, virum doctrina celebrem & pium.

Est Ecclesiis, pastoribus & toti ditioni maxima reposita spes de hoc moderno & Inclyto Comite *Ernesto*, pii Herois *Volckmari Wolffgangii* unico & gubernatore patriæ ditionis, cui adsit Christus sua gratia, Amen

HISTORIA ECCLESIASTICA RENATI EVANGELII

In DITIONE JHEVERENSI.

Mortuo *Christophoro*, Nobili Domino in *Jhever / Rullingen / Dillringen* & in *Wangerlande* ditione devolvitur ad ejus *fratres* *Heroides*, videlicet *Annam*, *Mariam* & *Dorotheam*, natus ex matre *Helwiga*, sorore Comitis *Altenburgici Johannis*: Ille nullis audiendis intentæ semper se præbuerunt à Lutheri doctrina alienas: Interim circa annum Domini 1524. erat ibi Pastor in urbe *Theorana* *Henricus Cramerus*, *Esensis*, qui cum cognosceret Comitem *Orientalis Porcia D. Ennonem* suscepisse doctrinam Evangelii & eam mandasse in urbe *Enno* & per totam suam ditionem amplam propagari, curavit sibi *Cramerus* *Emeda* scripta *Lutheri*, *Philippi*, *Pomerani* & aliorum, eaque diligenter legit: Dum ex his illuminaretur, & Evangelium libere docuit, & sacramentum altaris omnibus sub utraque specie exhibuit nostra lingua qua etiam *Psalmos* cecinit anno Dni 1525. hoc omnino *Generosa Heroides Sorores* non decreverunt ferre, & minaciter hoc *Henrico Cramerum* exhibuerunt: Cùm ea inhibiti locum non haberet apud *Henricum Cramerum*, plane decreverunt ipsum ab officio & loco amovere: Ibi *Cramerus* imploravit opem *Ennonis Comitis*, quem opinabatur suæ causæ prodesse posse ut potentiorum Dominabus & virginibus sororibus, ibi statim Comes *Phrisia Orientalis Enno* mittit tres concionatores *Jheveram*, inter quos præcipuus erat *Regnerus Carbo*: His se graviter opponebant Dominabus sorores, nec volebant eos suscipere, ut quæ sui juris essent in propria paterna ditione. Quando vero illarum Dominarum *Questor* & præcipuus consiliarius esset vir gravis, prudens, eruditus & syncerus *Romerus Luchius*, homo senex, & consideraret eo ipso anno videlicet 1525. tumulibus

varios in Germania hinc inde coortos, & quam verè cum *Emeda* tum alibi in *Orientali Phrisia Anabaptista & Sacramentarii* inciperent tumultuari, cœpit istis omnibus propositis & expensis, suafor & hortator strenuus esse suis Dominabus, ut pro ratione temporis aliquam servitutem perferrent & tempori cederent. Interim ex missis duos amoverunt, & tertium *Regnerum Carbonem* retinuerunt Dominæ. Eo quoque Dominas suas permovit *Romerus Zedichius*, qui in præcipua apud ipsas auctoritate erat, vir magni iudicii & multæ seditionis, ut etiam vel conniverent ad institutum *Crameri*, vel saltem tacite admitterent: Interim adhuc multi ex civibus valdè erant alieni à concionibus *Henrici Crameri*, ideo apud ipsos in contemptu & summo odio erat, præsertim quando aperte uxorem duceret, quo nomine etiam indignitatem Dominarum sibi accersebat, quæ tamen placabantur per *Romerum Zedichium*, qui coram suis Dominabus pulchre de conjugio in genere, deinde etiam de Sacrodotali conjugio in specie, disseruit; Interim propter novitatem rei à multis vexabatur: Verum non commovetur *Cramerus*, sed strenuè pergit, donec modestia, lenitate & assiduis concionibus, cantilenis Germanicis, & pia vita multos Christo lucrifaceret. Ipsius propositum sequebantur *Hajo Ulricus in Rustringia*, *Gerhardus Jegerus in Zettensen* / *Lambertus Stephanus pastor in Hohentirchen* / omnes viri pii & docti. Erat in oppido *Jhever* collega *Henrici Crameri*, fidelis & syncerus minister verbi *Zwithardus Onckenus*, natione *Jheverensis*.

Cum vero *Emeda* & in vicinis locis inciperent furere *Sacramentarii & Anabaptista*, seque eò *Melchior Hoffmannus* cum *Menno Simone* contulisset, & quoque *Andreas Bodensteinus Carlostadius* se quoque in urbem *Emedam* recepisset, ceperunt quoque quidam se in ditionem *Jheverensem* ingerere, sed prudentia, sagacitate & industria ornatissimi & Spectabilis viri *Romeri Zedichii*, Quæstoris & consilarii *Jheverensis* gloriosa memoria & honore dignissimi, illorum phanaticorum institutum impediabatur, & quidam reprobabantur: Et istius *Zedichii* patrocinio semper permansit ibi doctrina sincera, ne quicquam *Carlostadianum* vel *Menno-nisticum* reciperet in Ecclesias *Jheveranas*.

Gloriosus certator *Henricus Kramerus* in suo pio instituto perstitit usque ad Annum Domini 1540. quando vitam cum morte mutavit, vir sanctus & doctus, postquam ibidem Evangelium per annos quindecim fideliter plantasset: Huic in pastoratu succedit *Gerhardus Wantchererus*, vir admodum facundus, quo post paucos annos demortuo, assumitur

in pastorem *Henricus Rhegius*, qui fuerat *Suerini Guardianus* ordinis ob-
servantiæ juxta regulam *Francisci*, & exstant ipsius *Bibliorum conce-*
dantiæ.

Is erat vir doctus & multæ lectionis, sed non valebat dono docendi
& erat senio confectus, ideo ultrò cessit & abiit in patriam, quæ erat
Paderborna, postea deputatur ibi pastor *Georgius Risenbeckius*, *Hever-*
densis, qui quidem purè docebat, sed noluit Sacramenta administrare
propter beneficium, quod habuit in patria: Ideo solus onera Ecclesie
sustinuit *Jacobus Franckenbergius*, minister Ecclesiæ in oppido *Ther-*
Admonitus Risenbeckius, ut etiam aliquam Sacramentorum administran-
dorum curam in se reciperet, respondit, se tantum pro concione docen-
dorum, & nihil amplius tentaturum: Hoc ægre ferebant cives urbis, qui
ipsum deferunt ad *Dominam Mariam*, quæ tunc sola ex sororibus *Dom-*
nabus superstes erat, & omnia in his ditionibus administrabat: Ideo cum
perstaret in proposito ille *Georgius*, dimittitur à Domina: Ita post illum
cum illo *Franckenbergius* per multos annos sustinuit onera Ecclesiæ, vir
fidelis & probus usque ad annum Domini 1558. Ejectus tempore Inter-
emistico ex urbe *Wesalia* mandato *Principis Clivensis* vir doctus & pius *An-*
tonius Mechlinensis ex promotione Domini *Christophori*, *Comitis Alenbur-*
gensis & *Delmenhorstani*, assumitur in pastorem Ecclesiæ in *Wipperfurth* & in
vicarium Ecclesiæ in *Hohenkirchen* suscipitur *Hermannus Accumensis*, audi-
tor Lutheri, qui ab anno 1548. usque ad annum Dni 1580. eam Ecclesiam
solus curavit, vir verè pius, diligens & in sacris literis eruditus. Ex quo-
que tempore Interemistico propter veram doctrinam *Osnaburgæ* epis-
copus *Henricus Walderus* assumitur in *Winsen* & pure etiam docebat in
Wierden *Antonius Blomeus*, vir historiarum studiosissimus.

Quando vero magna esset diversitas in Sacramentis administrandi
& exercitiis Ecclesiasticis inter pastores, mandavit suo præcipuo consi-
liario & Quæstori *Romero Zedichio*, (qui hujus moderni *Quæstoris* & *Con-*
liarii Theverensis, viri doctrina & virtute ornatissimi & eximii, studio-
rumque patroni egregii *D. Theodori Eibeni Zedichii parvus* fuit) ut de
forma certa & ordinatione Ecclesiastica contemenda cogitaret *Gene-*
sa *Domina Maria*, is quidem diligentem & fidelem in ea re operam Ec-
clesiis impendit, & postea omnia sua concepta & scripta communicavit
Antonio Mechliniensi, *Hermanno Accumensi* & *Antonio Blomio*, & de con-
silio eorum aliqua ordinatio absolvitur, & tandem aliis pastoribus ob-
servanda obtruditur.

Et ne hoc præteratur, postquam *Carolus V. Caesar triumpharet* devictis Principibus aliquot Germaniæ: Sic *Sphynge Interimisticam*, ut omnibus Statibus Imperii, ita quoque huic *Domina Maria* suscipiendam offerebat: Ipsa submisit respondit per *Romerum Zedichium*, se librum *Interim* proposituram esse suis pastoribus: Ideo ipsa *Domina Maria convocatis pastoribus & Vicariis*, præsens eis proponit librum *Interim nomine Majestatis Cæsareæ* suscipiendum, addens Supremo Magistratui esse parendum, & nunc præsertim, cum gloriosus victor, ipse sibi totam Germaniam subegisset & id minaciter mandaret: Pastores rem totam in deliberationem sumunt, & breviter respondent per *Antonium Mechliniensem* (socerum hujus moderni ibidem pastoris *Joannis Sartorii*, utriusque linguæ & sacrarum literarum periti) CHRISTUM dixisse: *Date Cæsari, quæ sunt Cæsaris, & DEO, quæ sunt DEI*, ideo quidem in temporalibus per omnia semper esse obediendum Cæsari, & ei dandum, quod sit ipsius: Verum in causa salutis DEO esse dandum, quod sit illius, ne ejus dicti inverso fiat: Nam magis DEO esse obediendum quam hominibus. Respondet per *Romerum Domina Maria*, sibi quidem placere responsum pastorum, interim hoc præcavere velle, cum ipsa & suæ ditiones in manu Cæsaris sint, quod si ex tali mandati Cæsarei contemptu aliquod periculum accideret, an etiam hoc æquo animo laturo essent? Ibi major pars respondet, se commendare Domino JESU negotium, & quidvis potius subituros, quam ut in minimo ad injuriam DEI hominibus gratificentur, mox ostendunt, quam dissona à verbo DEI tradat liber Cæsareus dictus *Interim*. Major igitur pars rejecit librum: Erant tamen pauci, qui cupiebant effugere periculum, ut gratificarentur & Cæsari & Dominae Mariæ, hi induebant se *sola candida* in concione habenda & administrandis Sacramentis, quam tamen alii mox deponebant, cum viderent inde Scandala oriri, sed imprimis fovebant magis præ aliis *Interimisticam Superstitionem* *Jacobus Drentwedi*, pastor in *Schortensen*.

Quando vero labores concionandi longo tempore solus *Jacobus Franckenbergius* & Sacramenta administrandi in Ecclesia *Jheverana* sustinisset & jam fatigaretur, quia jam demortuus erat *Romerus Zedichius*, anno Dni 1557. alioqui per ipsum res Ecclesiæ magis promovebantur: Interim quando ei successit *Sidonius Popkenus* factus *Quæstor & Consiliarius*, qui & doctrina & pietate *Romerum* referebat, nisi quod nondum ita auctoritate valeret, tamen ex rogatu pastorum & civium eò hic *Sidonius*

Popkenus rempermovit, ut M. Petrus Rodebartus, Hadelensis, in p[ar]te
 rem Jheverensem vocaretur, & in Inspectorum reliquarum Ecclesiarum. In
 ter ea ordo ille & forma unanimis in Sacramentis administrandis & cere-
 moniis exercendis, quam Romerus Zedichius cum tribus præcipuis pa-
 storibus præfixerat Ecclesiis, plane collapsa & à multis postposita erat.
 Ideo instat Sidonius Popkenus apud Generosam Dominam Mariam, ut à
 M. Petro Rodebartho revideretur prior ordinatio & paululum mutaretur,
 atque tandem typis committeretur. In hac re consensit Domina, quod
 negotium committit M. Petro Rodebartho, qui anno Dni 1564 hæc
 publicavit ordinationem, & Generosæ Domina Maria inscripsit, cuius
 summa hæc est: Quod juxta doctrinam Pauli, 1 Corinth. 14. omnia de-
 beant fieri decenter & ordine, propterea ne fiat confusio: Ut igitur or-
 do & conformitas ubique, cum in Sacramentis administrandis, tum
 ceremoniis exercendis per *ditionem Jheverensem* observetur, propterea
 istam ordinationem ex mandato Generosæ Dominae Mariæ, Domina in
 Jhever / Rustringe / Distringe & Wangerlande conscriptam & typis divul-
 gatam, ut sic singulis pastoribus & Diaconis traderetur observanda, quo
 ubique unio doctrinæ, conformis celebratio Sacramentorum, una
 forma ceremoniarum & decorum observari posset. Primo autem de
 doctrina in genere dicitur, quod per vocem Evangelii scripta in Prophe-
 ticis & Apostolicis literis agnoscatur Ecclesia, quæ est sejuncta à Ma-
 gistericis, Judaicis, Papisticis, gentilibus & diversis hæreticorum sectis, cujus
 unicum est fundamentum JESUS CHRISTUS filius DEI, de quo & Pro-
 phetæ & Apostoli testati sunt, ideo oves ejus vocem ejus audiunt: Ideo
 ex scriptura aliquid certi tradendum esse, de DEO, de tribus personis, de
 Christo, de duabus in Christo naturis, de peccato, ejus vi & differentia peccati,
 de lege, ejus usu, de Evangelio, de Justificatione, de Fide, de bonis Operibus,
 de Pœnitentia & ejus partibus, de Ecclesia, de Oratione, de Magistratu &
 Sacramentis, sicut illa sunt explicata in Augustana Confessione & ejus Dip-
 logia & scriptis Lutheri: Et imprimis cavendum esse, ut auditor esnolet
 differentiam inter nostram hoc est veram doctrinam & eam quæ est He-
 dacia, Turcica, Papistica & gentilis: Deinde considerabunt pastores, ut
 reverenter de Sacramentis, ut de tantis mysteriis decet, loquantur
 tradant ex scriptura de paedobaptismate, & quod in Sacramento altaris
 rum & ipsissimum corpus & sanguis Domini nostri JESU CHRISTI sit præparatus
 & exhibeatur communicantibus, atque ab ipsis sumatur.

Secundo docetur ibi, *Superintendentem* in bene constitutis Ecclesiis requiri, primò propter *sectarios* ut ille Ecclesiarum rationem habeat atque pastorum; tum, ne *schismata* ingruant & lupi rapaces in gregem Christi seingerant; tertio, ut *debita reverentia* maneat ministerio; quartò, ut sit aliqua persona, per quam *examen, visitatio, & ordinationes* fiant, & reliqui Ecclesiarum ministri ad talem *refugium* habeant.

Tertio, hic dicitur de *ordinandis novitiis*, qui ab exteris bonum testimonium habent, & idonei sint inventi in examine, adjecta communi forma ordinandorum.

Quartò, differitur de *habendis Synodis & de visitatione*, quò sic amoveantur gravamina, & mutua inter pastores consolatio fiat, & similiter auditores cum ministris atque custodibus examinentur, ipsorum *Bibliotheca* inspiciantur, & ad *visitationem* censent aliquos ex *aulicis* adjungendos.

Quinto, agitur de *Schola & de ludimagistris honestè sustentandis, & de utilitate Scholarum*.

Sexto, de *festis certis celebrandis*.

Septimo, quid sit docendum in Ecclesia de *baptismo contra Anabaptistas*, ubi debent tradi argumenta contra Anabaptistas.

Octavo, tractatur quid de *Sacramento altaris* sit differendum, & quomodo *Sacramentarii* cum suis argumentis sint refutandi, & nemo ad communionem admitti debeat, nisi qui *prius privatim sit auditus, examinatus & absolutus*.

Nonò, differitur de *forma celebrandi cœnam Dominicam, & de aliquot sanionibus Germanicis*.

Decimò, dicitur de *Excommunicatione*, quod excommunicari debeant perseverantes in peccatis, ut *hæretici, fures, latrones, adulteri, scortatores, usurarii, ebriosi*.

Undecimo, de *conjugio, & de copulatione habenda in templo, & quod trina proclamatio* debeat precedere.

Duodecimò, de *sepultura & sepeliendis honorificè piis, adhibitis piis ceremoniis & pia concione*.

Decimotertio, de *magistratu & ejus officio*.

Hæc continentur in ea ordinatione, quæ est *Wittenberga excusa*.

Facta est mentio *Romeri Zedichii*, cujus duo adhuc in Ecclesiam beneficia sunt commemoranda: Unum, quod obtinuerit apud suam *Generosam Dominam Mariam*, ut annuatim *multi pauperes Scholastici Wittenberga* alerentur à *Domina*: Deinde moriens contulit suam *splendidam Biblio-*

Bibliothecam, ut erat bonus historicus & multae lectionis homo, communi utilitati, quae adhuc in vicinia arcis *Fhevera* conservatur: Idem quoque de ejus successore *Sidonio Podkeno* est censendum, qui semper quantum potuit, Ecclesiis, Scholis & pastoribus benefecit & gratificari studuit. Deinde hic suis sumptibus curavit emi in usum omnium parochiarum sacra Biblia, *Postillam Lutheri & corpus doctrinae*, quae ita singulis communi parochiis.

M. Petrus Rodebarthus discedit ex urbe & ditione *Fheverensi*, in *Hadelariam*, ut ibi succederet demortuo parenti *Laurentio Rodebartho* in pago *Oltenbroicke* Anno Domini 1570. & habuit discedendi certas causas. Huic succedit *Gerhardus Howichius*, cujus exstant aliquot carmina, qui beneficio Generosae Dominae operam dederat bonis artibus & Theologiae *Wittenberga*: Et sunt hodie praecipui pastores in hac ditione, et sumptibus Dominae Nobilissimae Mariae in Academia *Wittenbergensi* sibi aliquam eruditionem compararunt, ut *M. Ulrichus Ziaderus*, pastor in *Inshnerhave* / egregius Hebraeus, *Isebrandus Mesencus* Medicus, pastor in *Vertensen* / insignis *Astronomus*, *Eilardus Roverus* pastor in *Elliste* / *Theophilus Carbo*, pastor in *Wierden* / *Christophorus Hilderseus* pastor in *Wattwerden* / qui miserrime ab ebrio interficiebatur: Et *Albertus Sebrandus*, pastor in *Sandel*.

Generosa Domina & virgo *Maria* delegit sibi in heredem & successorem adhuc sana & integra cognatum suum *Illustrem Comitem Altenburgensem & Delmenhorstanum*, *D. Joannem*, primogenitum filium *Antoni Comitis*, & viva curavit vivum Dominum in legitimam possessionem suorum Ditionum immitti: Et ab eo etiam tempore habuit quoque praeterea Comes in arce suam *Vicarium & locum tenentem Nobilem & praetentissimum virum D. Bernhardum à Steinberge*: Tandem illa Generosa Domina *Maria* in CHRISTO anno Domini 1575. mortua, totam jam ditionem cum in possessione obtineret *Inclytus Comes Altenburgensis* *Joannes* cura est illi prima in subsequenti anno, qui fuit annus post natum Christum 1576. in *Februario*, ut bene constituerentur Ecclesiae. *Mandatum* ergo offerri singulis pastoribus ordinationem Ecclesiasticam conscriptam in usum Ecclesiarum in Comitatu *Altenburgensi & Delmenhorstano* à *D. Seluocio & L. Hamelmanno*, & voluit, ut ad certum diem quilibet pastor & diaconus de ea suscipienda suum libere proferret iudicium.

Quod factum est 8. *Februarii* & sequentibus: Omnes quidem, et pauca quaedam objicerent, ad quae commodum ab *Hamelmanno* respon-

sum acceperunt, *illam Aldenburgicam ordinationem suscipiebant*, tantum duobus exceptis, videlicet *Conrado Quanto & Joanne Meppelense*, cum quibus descendit in disputationem *Hamelmannus*, præsentibus *D. Cancellario Illustris Comitis Joannis, Comitis Altenburgici & Delmenhorstani, Domini in Jhever / Joanne ab Halle / J. U. Doctore, D. Theodoro Eiben Zedichio, Quaestore & consiliario Jheverensi, Statio Reinekingio Judice Ditionali, & M. Henrico Tilingio, Consiliario Altenburgico*, quando ad biduum disceptaretur, & jam uterque esset convictus, tandem negotium in deliberationem sumunt, atque petunt spacium deliberandi.

Postea causam suam in scriptis offerebant isti duo, ad quorum argumenta 4 Aprilis præsentibus *D. Quaestore Theodoro Eiben Zedichio & Statio Reinekingio Judice*, item ex pastoribus *Hermanno Accumensi, M. Ulrico Ziadonio, Isebrando Mesoneso, Eilardo Rovero & Gerharo Howichio*, ita respondit *Hamelmannus*, ut nihil haberent, quod amplius responderent *Conradus Quantius & Joannes Meppelensis*: Ideo cum nollent subscribere, nec haberent effugia ulla, dimissi sunt: Et hæc disputata anno sequenti, videlicet 1577. sunt *Lipsie* excusa. Similiter cum *Anabaptistis in presentia Altenburgensium & Jheverensium Consiliariorum & prædictorum pastorum* est actum, & disputatum 10. Februarii videlicet cum *Bernhardo Brunfeldio, Joanne Verdes & aliis*: Et illi sunt quoque per *Hamelmannum convicti*, ut etiam ipsi nihil amplius haberent, quod objicerent: Ideo cum perstarent in sententia sua, nec eam possent tueri, sunt ejeti ex hoc territorio, &c. Et acta sunt ab ipso *Hamelmanno publicata*: Interim nec hoc tacendum erit, quod ipsi præsentibus in hujusmodi actis & disputationibus non minus quam reliqui præcipui pastores sæpe erudita argumenta protulerint.

HISTORIA ECCLESIASTICA RENATI EVANGELII

In COMITATU LIPPÆ.

Anno Domini 1538. moritur Comes SIMON, bellicosi illius BERNHARDI, quem *Albertus Krantius* prædicat & celebrat, filius, qui reliquit duos filios, Dominum BERNHARDUM, & Dominum HERMANNUM SIMONEM, quibus constituit tutores *D. Adolphum, Goadjutorem Colonensem & natum Comitem Schoenenburgicum, D. Philippum*

Kkk kk

pum

pum Lantgravium Hassiæ, & D. Jodocum Comitem in Hoya. Ibi eques-
 ordinis viri & proceres civitatum petierunt aliquam Reformationem, ideo
 hoc negotium Lantgravius committit Comiti Hoyensi, qui istam curam in
 se strenuè suscepit, & evocat Brema Joannem Timannum Amstelredamum
 & ei adjungit M. Adrianum Buxschotium, eosque mittit in Comitatum
 Lippia: Illi duo in arce Dithmoldia excepti laborarunt in conscribendo
 Ordinatione & Reformatione: Et interea docebat in templo Amstelredamum
 mirus & suavis in docendo, quem omnes cum gaudio audierunt docen-
 tem. Absolverunt eam in die Michaelis & presentarunt deputatis Cuius-
 rii. Hujus Ordinationis summa hæc erat per certa capita distincta.

1. In quibus sit Reformatio, & quomodo multipii Cæsares, Reges & Prin-
 cipes laboraverint in purgandis & bene constituendis Ecclesiis, sicut Sacra-
 historiæ Ecclesiasticæ testantur.

2. De legis usu & abusu.

3. De Evangelii abusu, & vero fructu.

4. De liberi arbitrii potestate, abusu & vero usu.

5. De fidei usu & abusu: Item de efficacia & utilitate vere fidei.

6. De vanis & falsis Pontificiorum operibus, & quomodo rectè fiant
 bona opera: Atque in quem finem sint facienda.

7. De prophanatione baptismi, & de verâ ejus institutione & fructu, de-
 que licitis ceremoniis baptismo adhibendis.

8. De puerperis, & quomodo illæ censendæ sint, & an quoque debeant
 se per sex septimanas domi continere.

9. De Sacramento altaris, & ejus prophanatione multiplici à Papistis
 excogitata in Missis, circumgestatione panis & adoratione, ut in vera spo-
 cie: Et contra de substantia Sacramenti altaris, quid sit, & quis sit verus
 Eucharistiæ usus.

10. De missa pontificiorum impia, & quomodo legitime apud nos possit
 Missa Evangelica celebrari.

11. De Exercitiis Ecclesiasticis.

12. De officiis custodum in oppidis, & similiter in pagis, & quid ad eos
 propriè spectet.

13. Quomodo sint infirmi visitandi & communionem curandi, & de abusu
 extreme unctionis & Chrismatis.

14. De impia Papistarum opinione circa purgatorium.

15. De Ecclesia Catholica, quid sit & ubi sit, & quomodo ista vere ab-
 tantur Papistæ ad confirmandas suas impietates.

16. Quomodo Papistæ abusi sint *Excommunicatione*, & de vero ejus usu in Ecclesia atque fructu clavium.

17. De *privata confessione*, & quomodo ea abusi sint Papistæ & de vero usu, & quomodo sit confitendum.

18. De *vera penitentia* & ejus partibus atque utilitate; & contra de *Papistica penitentia* & ejus prophanatione.

19. De *oratione* & vero ejus fructu, & quomodo ea abusi sint Papistæ.

20. De *Invocatione Sanctorum*, & cultu & honore; & quomodo Papistæ in hoc puncto multum erraverint.

21. De *festis diebus* ritè servandis, & quomodo istis diebus abusi sint Papistæ.

22. De *ceremoniarum utilitate* piarum, & de superstitione Papistarum in ceremoniis multis.

23. De *libertate Christiana* & ejus abusu.

24. De *Ecclesiastica ordinatione*, ut omnia ubique conformiter observentur, & de istius abusu & vero fructu.

25. De *humanis traditionibus*.

26. De *officio Episcopi, sacerdotis & Ecclesia ministri*, & quomodo illas functiones profanaverint Papistæ, & de eorum enormibus vitiis & peccatis circa sua sacerdotia commissis.

27. De *exercitio Catechismi diebus Dominicis*.

28. In *casibus matrimonialibus* quomodo procedendum.

29. De *officio Superintendentis & visitatione Ecclesiarum*.

30. De *conjugio sacerdotum*.

31. De *Stipendiis docentium Evangelium*, quod illa sint *ex cœnobitis* quaerenda.

32. De *monachis & nonnis*.

33. De *cura pauperum*.

34. De *duplici Schola*.

35. De *calamitatibus humanis* & de vera piorum cruce, & de abusu crucis apud Papales.

36. De *officio magistratus & de subditorum obedientia* & honore exhibendo magistratui.

37. De *sepultura piorum & templorum atque cœmeteriorum custodia, &c.*

Hanc ita *Reformationem* cum diligenter conscripserint *Amstelrodamus & Buxschorins*, obtulerunt eam *proceribus ditioris*.

Ibi præcipuus ex istis vir Nobilis & potens Dominus *Simon de Went* partim *Sarapa* partim hæreditarius possessor castri in *Varenholte* eam

suis sumptibus mittit Wittenbergam ad D. Martinum Lutherum, ipsius & collegatum suorum expetens iudicium, ut erat vir prudens.

Sic igitur isti Sarrapa Simoni de Went / est à Luthero, Jona, Pomerano & Philippo responsum, ut sequitur:

Dem Edlen/Ehrenvesten und Gestrengen
Simon von Wenden /
 Drossen zu Barenhols in der Graffschafft Lipp
 zu handen.

Gottes Gnade durch unsern Herrn Jesum Christum zuvoren / Euer Ehrenvester und gestrenger Herr / Ewer Kirchen-Ordnunge haben wir mit Fleiße gelesen und bewogen / wie ihr sehen werdet / daß wir etliche wenige Worte darinne geändert haben / und halten solchen Ordnung / wie sie dem gestalt ist / für Christlich und recht / vermahnen auch euch und alle der Landtschafft Regenten treulich / daß ihr / wie Gott aller Obrigkeit gebotten / sein heiliges Evangelium und rechten Gottesdienst auszubreiten zu fördern und zu erhalten / solche Christliche Ordnunge zu Gottes Ehren und zu Lob unsern Herrn Christo / und zu der Leute Seligkeit mit Ernst auffrichten und handhaben wollet / denn dieser ist der rechte und höchste Gottesdienst / den die Obrigkeit thun sol und kan / wie denn in Ewer Ordnunge fleißig und Christlich ist angezeichnet. So sind alle Menschen diesen Gehorsam Gott schuldig / daß wir unsern Herrn Christum hören / wie gebotten: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi est complacitum, hunc audite, und Gott fürchten. Wer da denselbigen Herrn nicht hören werde / den wollt er austossen und ewig straffen / wie Gott ohne Zweifel an den Widersachern des Evangelii solten aussrotten / mit der Zeit schrecklich anfahen wird / dann die Tyrannen werden so viel Lasterunge Gottes und besprengen sich mit der Heiligen Blute / daß die Straffe nicht lange ausbleiben wird / darum wollet euch auch Menschenliche Bedræwunge nicht abwenden lassen / Gott bewahr und stärke euch zu seinem Lob und ewer Seligkeit. Datum Wittenberg am 8. Novemb. Anno 1521.

Hæc scripta sunt manu Philippi, & subscripserant Justus Jona Pragolus, D. Martinus Lutherus, Joannes Bugenhagenus Pomeranus, & Philippus Melancthon: In tota ordinatione pauca erant vel mutata vel addita tantum in his locis, nempe de matrimonialibus causis, de magistratu, de crucibus de monachis, & de stipendio ministrorum. Quam Reformationem com-

ita Witteberga comprobata receperunt Procere & Consiliiarii ditionis Lippiensis, convocatis omnibus equestris ordinis viris, & civitatum gubernatoribus, atque pastoribus, (cum tamen aliquot essent inter procere plane alieni à vera doctrina, qui etiam aberant) tandem eò concluditur in presentia legatorum Comitis Hoyensis, Domini Jodoci: ut ubique hac Reformatio per Comitatum amplissimum publicaretur, & omnibus pastoribus servanda traderetur, ex quibus nullus exstabat, qui huic reclamare auderet, propterea, quod ibi manum propriam Doctorum Wittebergenfium subscriptam viderent. Joannes Stolsius, quondam Cancellarius jam defuncti Simonis Comitis, tunc erat pastor Hornensis, vir senex & ei datur collega ex Lemgovienfi Ecclesia M. Gerhardus Cotius, & Blomberge constituitur pastor Conradus Mejerus Lemgovienfis, Dithmoldia dabant pastori Simoni, ab Exter Nobili, collegam & sacellanum Hermannum Coitenum, superioribus annis per Joannem Ducem Clivensem & Simonem Comitem Lippiensem ex urbe Lippia, propter veram doctrinam ejectum; In oppido Uffelen constituebant pastorem Joannem Christianum, Hervordia quondam Guardianum in cœnobio Franciscano. Et si in eade Joannis Suburbii Lemgovienfis alerent cives Joannem Hunschium, quondam Priorem in Cœnobio Dominicano Lippiensi, virum bonum, & ei vitæ necessaria non præberent, isque ita abiret ad Hervordienfis, tunc opera Nobilis Satrapæ D. Simonis de Wenden expetebatur, à Generoso Domino Burchardo à Salderen, qui erat avunculus D. Simonis, ex arce Lovenstein / vir doctus & mirus concionum formator, atque sacram literarum studiosissimus Joannes Montanus, quondam ordinis observantici cultor, quem eis concessit magnus Heros Burchardus à Salderen: Is tunc temporis in eade Joannis pro more reliquarum Ecclesiarum totius Comitatus utitur in administratione Sacramenti altaris vestimentis Sacerdotalibus & accensis candelis: Quia sic passim in Ecclesiis hinc inde ordinatum erat; Cum vero Lemgovia in duabus Parochiis planè talia ornamenta Sacerdotalia postposita & remota essent, ideo Mauritius Pideritus, Erasmus Wegenhorstius & Gerhardus Cotius primò, deinde ejus successor M. Thomas Plateanus inceperunt dissentire à Joanne Montano, & sic inter eos oriebatur disceptatio & disputatio: Hanc volebant præfelli Comitatus vel deputati Consiliiarii compositam, ideo supplices petunt à Lantgravio Hassia Philippo mitti in Comitatum duos Theologos, qui controversiam coortam inter concionatores componerent: Misit igitur magnanimus Princeps, in cujus aula agebat junior Comes D. Bernhardus, Doctorem Joannem Westermannum (ante paucos annos ex urbe Lippia ejectum propter veram

doctrinam à Duce Clivenſi Joanne & Comite Lippienſi Simone) & M. Joanne Fontium.

Coram his præſentibus conqueruntur proceres ditionis hoc modo: Cùm jam in prima Eccleſiarum Reformatione de conſilio Doctorem Wittenbergienſium & aliorum Doctorem, qui Reformationem conſcripſerant, multis etiam aliis cauſis concurrentibus in Eccleſiis, ſicut etiam hinc Wittebergæ, eſſent retenta veſtimenta Sacerdotalia: Interim hæc concionatores urbis Lemgovia non ſolum reſpuere, ſed propterea etiam Joanne Montano concionatori in ſuburbana Eccleſia imprimis propter hujusmodi ornamentum & uſum candelarum, moleſtos eſſe & ei inſultare, & cum ſit urbs Lemgovia immediatè Comitibus de Lippia ſubdita, æquum & juſtum eſſe cenſent, ut in Eccleſiis iſtius urbis ſequerentur potius communem & receptam omnibus Comitatus Eccleſiis formam, ne ſua illa diverſitate ſe quali Comitatu alienos facerent: Contra ajunt Lemgovienſes concionatores, ſe longè antea, quam ulla eſſet in Comitatu aſſumpta ordinatio, habuiſſe benè conſtitutam Eccleſiam, & formam adminiſtrandi Sacramenta, ſequæ eam habere ex Eccleſia Brunſvicenſi: Ideo cum veſtimenta, candelæ & alia ceremonie jam ſint abrogata Lemgovia, eas non abſque magno offendiculo aſſumi poſſe. Ibi Weſtermannus & Fontius inſiſtunt ritus Eccleſiæ Lemgovienſis, & tandem faciente verba Fontio, ut homine diſſerto, cenſent illam diverſitatem in ceremoniis utrobique ſerendam eſſe, ut ſic libertas Chriſtiana in ceremoniis retinendis obſervaretur, denn was emmah abgethan und abe iſt / das bleibe abe. Sic quælibet pars in ſuo propoſito & conſuetudine perſiſtit: Lemgovienſes miniſtri in ſua libertate, & Parochiani in ſua illa ordinatione per Comitatum manſere. Poſtea major cooritur controverſia inter paſtores Lemgovienſes, & Joannem Montanum. Ibi graviter à Mauritio Pideritio, Eraſmo Wegenhorſtio, & M. Thoma Plateano accuſabatur Joannes Montanus, qui, ob miram ſuam facundiam & ſuavitatem in docendo, erat in clanculario odio apud iſtos tres priores. Multorum errorum volebant reum facere Montanum, cujus in aula gratior erat patronus Nobilis Dominus Simon de Wende / & in urbe Conſul Flavianus Floricke / multique alii præſtantes viri: Ideo novi petuntur Theologi à Lantgravio Haſſiæ Philippo, iſ duos Weſtphalos Theologos Antonium Cerinum, Warpurgentem, & Joannem Weſtermannum Doctorem ablegati Comitatum Lippienſem, qui aliqua ex parte, auditis accuſationibus & excuſationibus, rem componunt, ſed neque ea compoſitio ſufficiebat Eraſmo Wegenhorſtio, ideo novæ, regressis iſtis Theologis, turbæ oriuntur

& novis clamoribus elevatis *hereseos Montanus* arguitur. Hinc *Gerhardus Cotius*, *Mauritius Pideritius* & *Erasmus Wegerhorstius* conscribunt suam confessionem & eam *Wittebergam* ad *D. Johannem Pomeranum*, ad totum ministerium *Ecclesia Susatensis*, ad totum etiam ministerium *Ecclesia Brunsvicensis*, & *Hannoberana*, & *Bremensis*, atque totius *Comitatus Hoyensis Ecclesiarum* comprobendam miserunt, ostendentes, ab eis diversum sentire *Montanum* illum: Ibi suam vicissim confessionem obtulit *Gubernatoribus Comitatus Joannes Montanus*: *Pomeranus*, *Brunsvicenses*, *Susatenses*, *Bremenses* & *ministri Ecclesiarum in Comitatu Hoyensi* omnes, etsi *Montani* confessionem & excusationem non vidissent, credentes bona fide aliorum scriptis, comprobant confessionem ministrorum *Lemgoviensium*, & *Montani* damnant. *Corvinus* ita revocatur, & cum aliquid desideraret in confessione *Montani*, (quia in arcem *Braick* evocati erant *ministri Lemgovenses*, emanante *Erasmo*) est *Montanus Pideritio* & *Gerhardo Cotio* reconciliatus per *Corvinum*, quando prius supplex esset *Proceribus* & *Corvino* factus, petens veniam, si alibi errasset: *Corvinus*, cum hac Anno *Dni 1541*. facta esset reconciliatio, & jam *Cotius* ageret *Horna*, sequenti Anno, videlicet Anno *Domini 1542*. revocatur ex inferiori Ducatu *Brunsvicensi*, ad examen & certam unanimem ceremoniarum ordinationem constituendam in *Ecclesiis*: Ab hoc examine & ordinatione se sejungebant *Pideritius* & *Erasmus*, nec volebant novo aliquo jugo premi: Qui dicebant, suam se ordinationem longo ante tempore ex *Ecclesia Brunsvicensi* habere, & eam non ita dudum esse à *Domino Joanne Fontio* & *Doctore Joanne Westermann* comprobata: Examine & visitatione completa, constituuntur à *Corvino* *Visitatores*, *Cotius*, *Montanus* & *Conradus Mejerus*, sed mortuo tandem peste *Montano*, ejus locum occupat *Pideritius*. Quotannis in curia *Principis Lemgovia* *Synodum* celebrabant & consocietatem *Ecclesiarum* observabant.

Nota. Quid acciderit tempore *Interim*? Circa annum *Domini 1547*. assumit gubernacula patrii sui *Domini BERNHARDUS*, major natu filius *D. Simonis*, Comes de *Lippia*, & ducta uxore *Catharina*, nata *Comitissa Waldechiana*, statim victor factus est *Carolus V. captis Electore Saxonia* & *Langravio*, quando jam electus erat novus *Prasul Paderbornensis Rembertus* à *Sersbroch* deposito pio *Episcopo Hermanno*, *Comite de Weibda* qui etiam erat *Electo Colonensis*, ibi omnibus statim Imperii Statibus à *Cæsare* liber *Interim* obtruditur. Sic novus *Episcopus Rembertus* à *Sersbroch* novum suum *Cancellarium Henricum Colonicum* & *M. Liborium Schmit-*

Schmittium, Decanum Storpianum in urbe Paderborna, adjuncto eimacho utcunque docto, in Comitatum Lippiensem ablegat, minaciter scribens & mandans Juniori Comiti BERNHARDO, ut deposito Lutheri simplici illi librum suscipiat, aut se feudum ab eo tanquam inobediente & contumace repetere de auctoritate Cæsaris. Mox re in deliberationem sumpta, cum illi minaciter instarent & haberent diplomata Cæsarea, & gravia Episcopi & Capituli mandata, nec haberet ulla gratia, aut sciret junior Comes ullum medium aliud, capto Langravio & resistente in magno discrimine uxoris sue patruo, (qui erat Franciscus, Episcopus Monasteriensis & Osnaburgensis, administrator Mindensis) quam quid indulgeret tempori: Ferocientibus Pontificiis, tandem juniores Bernhardus conqueritur se esse Juvenem imperitum, & adrem arduam imparatum & inidoneum, & petere deliberationem, sed non impetrata, præstans & Nobilis Juvenis Comes, cogitur invitatus de coactus permittere istis Legatis Paderbornensibus, ut cum comitibus pastoribus Lemgovia in curia Senatus agerent, & ipsis librum Interim proponerent: Id aliis per Comitatum pastoribus minaciter indicant Legati: Et quando per triduum examinarentur pastores, ut testatum facerent, an etiam librum Interimisticum susciperent? Ibi sunt tantum duo simplices viri inventi, qui eis reclamarunt, ut *Joannes Christianus*, pastor Uffertianus, & *Heidenricus Thospannius*, pastor in Bosnckfelde. *Joannes Christianus* cum interrogaretur, quid sentiret de una specie, num etiam eam veram agnosceret, respondet simpliciter: *Christus docet me de utraque specie*, quia aperta scripturæ & claræ institutioni Christi non licet retrahere nequeo. Cum illi concilia præsertim Constantiense proferrent, respondit: Etsi omnia proponeretis concilia, tamen ista non prævalerent scripturæ sacre & Christo Domino, qui est ipsa veritas. *Heidenricus Thospannius* dixerat interrogatus, quid sentiret de Interim libro? respondit: quod de hominum figmentis est sentiendum: Scio equidem non veterum Cæsarem Bosnckveldiam propter me, interim si ejus ex meo pastoratu propter veritatem sub nomine Cæsaris, ad suam potius manum applicabo & aratro scindam terram, quam ut terreno & mortali Cæsari gratificarer, & interim cœlestem, supremum & immortalem Cæsarem offenderem.

Joannes Christianus deponitur propterea, quod monachus fuisset: *Gerhardus Costus*, quod non esset Papisticè ordinatus, & *Conradus Meyerus*, quod

quod fuisset monachus deponuntur: Sic Hieronymus Grestius Ufflenia Christiano, & Franciscus Hasius Cotio Horne successere: Sed Mejerus cito regreditur ad suam Ecclesiam Blombergæ, ut etiam accidit Cotio vix biennio elapso, verum Joannis Christiani successor Hieronymus Grestius purè docebat Evangelium, ideo ipse in ministerio perstitit; Interim Joannes Christianus vocatur Anno 1550. Lemgoviam in ministrum Ecclesiæ in Neapoli.

Cum verò rediret domum Paderbornam M. Liborius Schmittus Decanus, qui ibi diu Officiale egerat, statim incidit in apoplexiam, & ideo solebat dicere paululum restitutus:

Darum hat mich Gottes Hand gerühret/

Dass ich habe das Interim ins Lippische Land geführet.

Cum minæ Pontificiæ paululum respirarent, & ipse Comes cum sua Comitissa, & præcipui Consilarii faverent veræ religioni, erant multi Nicodemæ inter pastores, qui circa Annum Domini 1552. & 1553. juxta priorem formam Sacramenta administrare, Psalmos Germanicos canere & papistica Sacra abjicere cœperunt: Pauci senes ab incunabulis ad Missas Papisticas, Invocationes Sanctorum, Vigilias & alias Superstitiones assuefacti, mordicus hæserunt in Interimistica Interreligione, ut Engelbertus Cetravius, Joannes Dennius, Joannes Kotmannus, pastor in Silberntorp/ & plerique alii.

Cum verò in Imperio esset libertas Augustanæ Confessionis Proceribus Anno Domini 1555. concessa & permilla: Ibi quoque mox cogitat Illustris Dominus BERNHARDUS Comes cum suis consiliariis de repurgandis Ecclesiis suis ab Interimistica scabiè, & mox anno sequenti convocari jubet Synodum pastorum, cui ipse in arce Brack cum præcipuis consiliariis, cum proceribus selectis tam ex Nobilitate quam ex urbibus, aderat, ibi in consilium vocat 12 Maji Mauritium Pideritium, M. Gerhardum Cotium, Hermannum Hamelmannum (cujus opera, quia ad festum Michaelis Anno Domini 1554. vocatus erat in pastorem Neopolitanum à Lemgovienfi Senatu, antea duabus vicibus usus erat Illustris Comes, primò in cognoscenda causa Ecclesiastica, quæ in controversia erat nomine generosæ viduæ Nobilis Domini Reineri de Wenden Satrape Margareta, & Joannis Frundeni, deinde in legatione ad Synodum Waldechianum) & aulicum concionatorem Joannem Wilhelmum Torrentinum: Cum illis & cum Proceribus deliberatio à Comite instituitur, quomodo commode repurgatio Ecclesiarum institui posset, ibi tandem concluditur, ut coram omnibus pastoribus exponatur, quæ causa moverit Illustrè Dominum, quod invitus

& coactus in initio sui Regiminis & in tam juvenili aetate per Episcopum sub mandato Cæsaris valde minaciter conscripto permotus sit ad talem aliquam in Religione mutationem sufferendam: Ideo nomine Illustris Comitum BERNHARDI, Christophorus à Donoy, tunc temporis ditionis Satrapa, vir Nobilis, exorsus coram omnibus Ecclesiæ ministris sua singulari eloquentia & zelo erga Evangelium affecto dixit: Venerandi pastores novistis meum Illustris Dominum in aula Lanigraviæ Philippi piè educatum esse & semper à Papistica Religione abhorrens, interim, tunc in initio gubernationis suæ, Cæsareo & Papistico Paderbornensium mandato ita pressum, cum potentissimi quique Principes Germaniæ aut essent capti aut sub jugum redacti, ut nec cedere poterat nec effugia inveniret, tandem ejus Celstudo ipsis deputatis & legatis Paderbornensibus, ne quid in ipsius Celstutudinis conscientiam deturperaret, permisit totum negotium exequendum: (Nihil enim aliud nisi ipsi de Comitatu periclitandum esset, medii præforibus erat) & quid illi egerint in tali mutatione vos omnes novistis & dolenter non sine genitu hujus superstitionis Papisticae spectator esse ad hoc usque tempus coactus est Dominus: Interim oportebat tempori cedere: Quicquid igitur ejus Celstudo in ea re peccaverit, ut DEUS hoc ipsi pro sua misericordia per Christum remittat, vos vestris precibus sollicitè instate. Decrevit autem per gratiam DEI purgare modo suas Ecclesias à tali sermone Interimistico, & profiteretur modo coram vobis, quod sit membrum Augustinæ Confessionis, quod ejus doctrinam & profiteri & retinere velit ad finem vitæ, hortaturque omnes ut si qui ex metu aut ventris causa Interimisticam Religionem, vel susceperint & hactenus retinuerint, ut oras DEUM ardentè, quo hoc eis ignoscatur, & ipsi offendiculum, quo Ecclesias scandalizaverint apud Auditores deprecentur, & nunc facti veram religionem recipiant: Promittit Illustris Domini Celstudo summi in tali pio pastorum proposito & instituto clementem protectionem, & mandat modo singulis, ut ad Interrogata rotunde respondeant, quoniam niam esse aliquot viros doctos deputatos qui cum ipsis examen instituerent, & postea conversus ad Comitum dixit: *Hac ne est V. Celstudo?* Is respondit, *Est.*

Ibi paululum Papista & Superstitiosi pastores reprehendebantur, attamen omnem isti quoque obedientiam promittebant, & veram amplectebantur doctrinam: *Constantes in Religione laudabantur: Interim an etiam prior Ordinatio & Reformatio (quam ad tempus intermiserant) à singulis*

assumpta esset per visitatores ordinatos ut *Mauritium Pideritium*, *Hermannum Hamelmannum*, *M. Gerhardum Cotium* & *Johannem Wilhelmum Torrentinum* explorabatur. Quotannis hi quatuor & singuli in suis parochiis ipsis commissis visitare & pastores examinare, instituere & ad meliorem frugem adhortari non desistebant, donec bellum *Rithbergicum* sumeret initium, tunc ex accusatione *Johannis Platteni*, *Cancellarii Juliaci* cogebatur ad tempus cedere *Hamelmannus*, interea assumit is gradum *Licentie in Theologia* videlicet Anno Dni 1558. & mox eum revocarunt *Lemgovienfes*, & ibi perstitit in ministerio ad annos 14.

Interea oritur controversia inter fratres Comites *D. BERNHARDUM*, & *D. HERMANNUM SIMONEM* de divisione paterna, quam cum diremissent *Illustres Heroes D. Joannes, Comes Waldechianus* & *D. Albertus, Comes Hoyensis & Broichusianus*, etiam de Religione locuti sunt & de Ecclesiarum Reformatione, atque ut ea fieret commodius, obtulerunt ambo Comites suam in hac re operam, & de consilio procerum & statuum ampli Comitatus de Lippia, determinatum est, ut uterque Comes Arbitrator, hoc esset *Waldechianus* quam *Hoyensis* mitteret eximium & eruditum Theologum, ad nonum Martii Anno Dni 1559. quo die debebant convenire precipui etiam cum ipsis Theologi tam ex urbe *Lemgovienfi* quam ex toto Comitatu, *Hoyensis* eò mittit *Adrianum Buxschotium*, primum Reformatorem harum Ecclesiarum, atque *Waldechianus* designat huic rei legatum *Michaellem Jacobinum*, his ex Comitatu adjungitur *Mauritius Pideritius*, *Gerhardus Cotius*, *Johannes Wilhelmus* & *Hermannus Hamelmannus*, qui ex mandato plenario utriusque Comitatus, omnes ordinationes primam ab *Amstelrodamo* & *Buxschotio* contextam, alteram ceremoniale à *Corvino* conscriptam, revident, & pro ratione temporis & novarum subortarum *Jhæresium* pauca utrobique addebant aut subtrahebant, & utramque in justum ordinem redigebant, tandem etiam & missi Theologi & tres ex *Lippiacis* Theologi, proponunt utrique Comiti assumendum in *Generalem Superintendentem Hermannum Hamelmannum*, ante annum in *Licentiatum* non sine laude creatum, sicut eorum supplices literæ indicarunt, & quisque hoc sua manu, ignorante *Hamelmanno*, comprobarunt atque solito sigillo.

Assumitur quidem in aula per integram septimanam ordinatio tam in Doctrinalibus quam ceremonialibus collecta, & bona fide disposita in timore Domini, & etiam literæ supplices Theologorum quidem in aula presentibus peregrinis Theologis (qui etiam coram *Illustri Comite* &

Ejus proceribus nominatim *Hamelmannum* commendaverant) habetur in aliquo pretio, sed ipsis responsi loco dabatur, rem esse debeat tione dignam, præsertim cum *Hamelmannus* & *Juliacum* & *Paderbornensem Cancellarium* offendisset, sed recte respondit *Buxshorius*: Ergo magis homines quam DEUM metuitis, postquam hic vir sit vobis & ecclesiis vestris utilis, nec meliorem consequi poteritis?

Cum res illa in diem de die protraheretur, & interea ex promotione *trapa divisionalis Christophori à Donop* / ad officium Cancellarii, demerit priori Cancellario *BERNHARDO Lippiaco*, qui imprimis propter meritum Iectionem cupiebat promotum *Hamelmannum*, aspiraret *M. Jansarius*, vir in Jure atque historiis versatus linguarumque peritus, mox *Jonas Tuntius* cœpit & in politicis & in Ecclesiasticis multa innovare tentare: Ordinationem primam à *Luthero* & *Philippo* comprobam contemnere, & deinde alteram à *Corvino* contextam, rejicere: Atque unam *Megapolensem* ordinationem assumendam voluit: Hinc lenitate se *Hamelmannus* opposuit, dicens hujusmodi Innovationes parere ridiculum, ideo persistendum in prima ordinatione, quam *Philippus* sua manu probaverat non minus quam *Megapolensem* conscripserat.

Interea pastor *Donopus Henricus Neiblerus* propterea deponitur opera *Jona*, quod custodem ariolum non ferret: Id dicebant iniquum esse pastores *Lemgoienses*, imprimis vero *Hamelmannus*, & cum prælati viri pro illo intercederent, tamen *Jonas Tuntius* omnia impedivit, ne reciperetur, & ab eo tempore cœpit odio persequi *Hamelmannum*, & tentis quibus posset mediis efficere, ut ejiceretur *Hamelmannus*: Interca moritur Comes *BERNHARDUS*: Postea cum visitationi adhiberi deberet de consilio tutorum junioris Comitum, (quierant *Joannes*, Comes *Wildenbusch*, *Hermannus Simon*, Comes *Lippiacus*, *Speigelbergicus* & *Pyrmontanus* & consules civitatum *Lippia* & *Lemgovia*) *Antonius à Donop* / & *Ernestus Wipper* / Consul *Lemgoiensus*, atque ex ministris *Paderitius*, *Hamelmannus*, & novus nuper assumptus pastor in *Dithmoldia* *M. Joannes Exerus* vir doctus: qui cum priusquam visitationem instituere vellent, volebant de primis istis ordinationibus conferre: Interim aperte dicebat *Jonas*, se non laturum bonum senem *Wippermannum* in politicis deordinationibus, nec *Hamelmannum* in Ecclesiasticis, ideo in utrumque contulit tutores Comites, deinde etiam in *Hamelmannum* *Schibowenbergium* Comitem & *Cancellarium Paderbornensem*, qui erat *Henricus Coloniacus* *Hammatus*. Ita *Hamelmanno* aliquoties est renunciatum ministerium in

sed conservatus per Lemgovioses. Interea circa annum Domini 1566. Jonas
 eo rem direxit ut M. Extero, & Pideritio Ecclesiae cura committeretur,
 qui & visitarunt & alia negotia Ecclesiae curarunt. Tandem Exterus
 collegit ex variis ordinationibus unam aliquam, cum vero junior Comes
 & heres D. SIMON haereret in aula Ducis Brunsvicensis D. Julii, adducit
 inde Doctorem Jacobum Andream in suum Comitatum, qui revidit ordina-
 tionem à M. Joanne Extero congestam / quae ita comprobata, est sub
 nomine Comitum Lippiensium ut Hermannii Simonis & Simonis junioris typis
 divulgata Anno Domini 1571. cujus summa haec est: Ut omnes persistent in
 doctrina Augustana confessionis & in Catechismis Lutheri, deinde quid sit in
 festis diebus, ut Dominicis, tam in urbibus quam in pagis, faciendum:
 Tertio de absolutione privata retinenda cum additis quaestionibus à D. Bu-
 genhagio Pomerano congestis: Quarto de Excommunicatione & receptione
 graviter peccantium: Quinto de praecipuis anni festis observandis, & quid
 per septimanam in Ecclesiis sit tractandum & agendum: Sexto prolixè de
 collectis agitur & recitantur multae collectae ad praecipua festa accomo-
 datae: Deinde varia orationes & preces gratiarumque actiones subjiciun-
 tur: Septimo, multae praefationes cum notis & melodiis annectuntur cum
 oratione Dominica: Octavo, traditur quomodo sit baptismus administran-
 dus & de padobaptismate & de eo baptismate quod exercetur per mulieres
 tempore necessitatis: Nonò de puerperis aliquid dicitur: Decimo, subjun-
 gitur de casibus matrimonialibus, deinde de sponsalibus, de proclamatione
 & copulatione Sponsi & Sponsae: Undecimo, de visitatione infirmorum: Duo-
 decimo, de sepulturis mortuorum: Decimo tertio, de officio Superattendentis,
 de Examine Ordinandorum, & ipsorum ordinatione: Postremo, de visitatione
 & consistorio atque Synodis, & de sustentatione ministrorum, cui subjicitur
 demum tractatus de officio custodum & adilium vel templariorum, & de Scho-
 lis, de cenobiis, de beneficiis Ecclesiasticis: Denique de sustentatione paupe-
 rum, &c. Postea adjungebatur M. Joanni Extero, ut Superattendenti,
 collega Themhardus Nagelius, successor Hamelmanni in Ecclesia Neopolitana
 Lemgovia.

De Ecclesia Lemgovienti & ejus ministris ut & de Ecclesia civitatis Lippia
 dicemus, quando dabimus eam partem historiae Ecclesiasticae, quae
 continet narrationem renati Evangelii per praecipuas Westphaliae ci-
 vitates.

Nunc saltem recitabimus praecipuos pastores qui eruditione & vir-
 tute in hoc Comitatu claruerunt, aut adhuc clarent: *Dithmoldia* & po-
 itea

stea *Horne* erat concionator *Johannes Wilhelmus Torrentinus*: *Ditmarus* est collega *M. Exteri*, *Hermannus Latomus*: *Floruere* in ministerio *Lippia* *Jodocus Schuremannus*, *Jodocus Pideritius Blombergæ*, *Jacobus Caro in Dendhusen* / *Antonius Tidemannus in Keelfirchen* / *Henricus Velsenius in Dinslaken* / *Johannes Frundius in Langenholtshausen* / *Joannes Protius in Dinslaken* / *Johannes Nordermannus in Donope* / *Henricus Stapelvenius in Dinslaken* / *Johannes Walterus in Lipperode* / omnes viri docti, pii & studiosi.

Habuit Comes **HERMANNUS SIMON** per suam olim partem *Comitatus* & in ditione *Speigelburgica* & *Pymontana* *Superintendentem* *Comitatus Suedcampium*, virum gravem & synceri judicii hominem, aulicam quoque concionatorem *Moysem Hummersbachium*: *Vixit* aliquando *pastor* in *Witten* *Dissen* / vir doctus & studiosus *Martinus Meibomius*.

Hodie est verus *Ecclesiarum*, *ministrorum Ecclesiæ*, *Scholarum* & *pauperum* *nutricius* *Princeps* & *curator* *sedulus* **D. SIMON** *Comes* *litterarum* *amplissimi* *Comitatus Lippia*, *Heros* *pious*, *liberalis*, *doctus*, *colens* & *clemens*: *Unicus* *adhuc* *ex* *veteri* *nobilium* & *Inclitorum* *Comitatus de Lippia* *superstes* *heres*, *cui* *Christus* *benefaciatur* & *miseritiam* *prestat*. *Mox* *de* *Ecclesia* *urbis Lemgoviensis* *in* *proximo* *Tractatu*, *tum* *quoque* *de* *Ecclesia* *urbis Lippia* & *de* *utriusque ministris* & *pastoribus* *dicemus*.

HISTORIA ECCLESIASTICA RENATI EVANGELII

Hinc inde,

Per amplissimum **COMITATUM** *Westphalia* *de* **MARCKA**.

Quid *Princeps Clivensis* & *Juliacensis* tam pater quam filius in causa *Religionis* fecerint, nempe *Joannes Dux* & *Wilhelmus Princeps* suo tempore declarabitur, quando de reformationibus in *archiducatu Clivensi* & *Juliacensi* contextis sub annis 60. dicitur: *Nunc* *saltem* *dicemus* *de* *piis* *viris*, *qui* *bono* *studio* *ex* *proprio* *motu* & *zelo* *in* *suis* *stationibus* *aliquid* *in* *causa* *Religionis* *veræ* *tentarunt* *per* **COMITATUM** **MARCKENSEM**.

Interim *quomodo* *renatum* *sit* *Evangelium* *in* *urbibus* *Tremonia* *re-* *sato*, *Lippia* & *Asfandia* *exponemus* *in* *ea* *parte* *historiæ* *Ecclesiasticæ*, *quæ* *trademus* *quomodo* *in* *urbibus* *Westphalia* *creverit* & *propagatum* *sit* *Evangelium* & *ejus* *exercitium*.

Docuit olim in Comitatu de Marcka in oppido *Ultena* ante annos quinquaginta Evangelium de JESU CHRISTO, & Sacramenta pure administravit *Joannes Lycaula*, vir doctus, sub Principe *Joanne*, sub cujus nomine ejicitur, & eum Principis *Joannis* legitima soror *D. Anna Comitissa Waldobiana* assumit, & ad pastorum *Corbachianum* promovet.

In Ecclesia urbis elegantis & splendide *Hammonis*, vel ut alii ajunt *HAMMONÆ*, docuit Evangelium Christi *Henricus Wullius* vir in scripturis eruditus, & cum deferretur in aulam, se quidem excusat, attamen ejicitur Anno Domini 1555. sub eo prætextu quasi *Sacramentaria* & *Anabaptistica* factioni addictus esset: Est aliquando revocatus, sed cum videret ibi plurima inordinata *Wullius*, ultro discessit, interim creditur *Sacramentaria* opinionis esse, circa Annum Domini 1560. & sequentibus ibi egit pastorem *Carolus Gallus*, vir doctus & purè Evangelium Christi ibi tradidit, cui erat adjunctus collega vir eruditus *Henricus Bokelmannus*, sed postea inter utrumque dissensio cooritur, ut *Bokelmannus* discedat, & postea *Carolus Gallus* multos præcipuos in ea urbe accusat *Hæreses Anabaptistica*, sed cum propterea in disputationem cum Senatu dilaberetur, tandem est amotus: Exstat autem ejus eruditum scriptum contra *Anabaptistas*: Sed *Gallus* & *Bokelmannus* videbantur magis *Calvino* quam *Luthero* patrocinari, licet in linguis essent versati.

In oppido *Camen* (quod posset dici à *Camenis Musis* nomen habere) *Hamelmannus* docuit, & cum ibi divinitus illuminatus semel aperte in die *Trinitatis* Anno Domini 1552. confessionem veræ ederet doctrinæ, atque pontificios errores refutaret, tunc erat ibi *Marescallus* istius Comitatus Nobilis *Theodorus Reckius*, qui cum *Consulibus* & *Senatu*, audita concione *Hamelmanni*, in istum finem determinavit, ut dimitteretur *Hamelmannus*, postquam Princeps istius loci nondum admisisset palam ullam aliam doctrinam quam Pontificiam: Sic dimissus ob veritatem, placide discedit *Hamelmannus*: Interim ille bonus *Marescallus Theodorus Reckius* (mox forte conversus est circa annum Domini 1567.) pastoribus ibidem *Johanni Buxtorpio* & *Joanni Mercatori Schomburgo*, natione *Tremonienfi* auctor, ut feliciter inciperent doctrinam Evangelii propagare, Sacramenta juxta doctrinam Christi Germanicis verbis administrare & Psalmos Germanicos canere, quibus erat pius adjutor *Joannes Wegenerus*, vir doctus & gravis. In oppido *Unna* eleganti admodum & amœno loco, ceperunt Evangelii luce Ecclesiam illustrare *Eberhardus Wortmannus* & *Roigerus Bereidnerus*, viri eximii, sed ignoratur an sint *Sacramentariis* addicti.

dicti. In oppido *Ustena* dixi *Lycalam* docuisse & propterea ejectionem
tamen cum accusaretur tanquam *Anabaptista* in aula *Cliveni*, evulgavit
apologiam & ostendit se non esse *Anabaptistam*, sed tantum se *invocantem*
Invocationem Sanctorum, meritoque operum impugnasse, sed nihil effe-
cit.

Circa Annum Domini 1566. sicut & antea & post ibi Evangelium
docuit *Engelbertus Klockius*, pietate & doctrina eximius vir, & constan-
ter defendit Evangelii doctrinam: Hic ut stylo & scribendi valet doctus,
ita dicitur multa conscripsisse, quæ premantur. In oppido *Lumen* docuit
Evangelium *Jacobus Kintvaderus*, qui dicitur magis *Calvini* quam *Lutheri*
sententiæ patrociniari.

In hoc amplissimo & potente Comitatu est oppidum *Nimrod* non
procul ab urbe *Iserslo* in quo Senatus & cives susceperunt doctrinam
Evangelii & sententiam Augustanæ confessionis, & breviter ordinationem
Ecclesiasticam certe piam per urbis suæ alumnum *M. Hermannum*
Wilkiem, virum græcæ linguæ doctum & alias eruditum (qui quondam
fuit rector *Schola Rigensis* in *Livonia*) conscribi curant Anno Domini 1564.
eamque ut fidei suæ rationem redderent coram quovis publici juris fa-
ciunt typis *Tremoniani* Typographi, quæ certè ordinatio fuit bene illi
Ecclesiæ accommodata, sed cum boni cives in pio essent initio & pro-
posito, ecce tunc Princeps *Clivensis* illis serio mandavit, ne vel loque-
rentur vel susciperent talem ordinationem Ecclesiasticam, cum ipsius
ut superioris Magistratus esset, *Reformationes* instituire.

In Comitatu & civitate *Morsesi* scio semper fuisse additissimum verum
& puriori doctrinæ *Hermannum*, Comitem de *Neurwenar* & *Mors*, *Domini*
de Bedbar heroem doctissimum, cujus pater *Wilhelmus* Princeps
magnæ prudentiæ erat, & pater *Hermannus* de *Neurwenar* Comes
præpositus *Metropolitani* *Coloniensis*, vir antiquitatis studiosissimus fuit.
Unum novi ibidem aliquando Evangelii doctorem sincerum & purum
Lutheri discipulum virum doctum & gravem, *Henricum Bomeium*.

Comitatus de *Nassou* est vicinus *Westphalia* ad *Surlandiam*, in quo lib-
pio prudenti & Illustri Comite *Wilhelmo* patre Principis *Wilhelmi*, *Jacobi*
Lodovici & *Adolphi*, docuerunt Evangelium Christi viri pietate & do-
ctrina clari *Leonhardus Wagenerus* & *Erasmus Sarcovius*, scriptis ce-
bris.

HISTORIA RENATI EVANGELII

IN COMITATU ORIENTALIS PHRISIÆ.

SEMPER studiosus fuit veræ doctrinæ *Illustris Orientalis Phrisiæ Comes ENNO, Comitis Exardi filius*: Hic per *Fabianum* quendam sibi curabat Evangelium prædicari, & ex se inceperant *Emedenses* varios & diversos sectarios suscipere: Ibi pio Comiti cura fuit, ut posset *syncreta Lutheri doctrina* ibi retineri: Interim mox sese eò confert *Andreas Bodensinus Carlostadius*, & ante illum *Melchior Rinckius*, qui palam *Emeda* senes tam viros quam mulieres in cuppa aquæ in templo rebaptizavit, tandem eò se quoque confert *Melchior Hoffmannus*, pellifex, & idem palam tentavit publicis concionibus: Confert igitur se *Inclytus Comes D. ENNO* propterea in urbem *Emedam*, ut reprimeret hæreticos; *Carlostadius* cessit & apud *Ulricum à Dornem*, nobilem *Capitaneum in Olsersen* & *Heronem Capitaneum* generosum ab *Olsersen* delituit, *Melchior* duos ex urbe eiecit, interim isti clam sese in urbem *Emedam* iterum ingerunt. Ibi mox celeberrimus *Comes D. ENNO* curat ex urbe *Brema* evocari celeberrimum doctorem Evangelii *Joannem Timannum Amstelrodamum*, quem propter idioma speravit *Emedensibus* fore gratum & acceptum, ut is posset Ecclesiam ad puritatem veræ doctrinæ reducere: Cum vero ille semel atque iterum cepisset palam docere in magna frequentia, atque tertia tandem concione palam assereret, se placide & pie admonere omnes, ut unam & solam *Lutheri doctrinam*, quam tam multi etiam alii Doctores amplecterentur, cum *Wittenbergæ*, tum per totam *Saxoniæ*, retinerent, & itemum postea in quarta concione doceret verum corpus & verum Christi sanguinem in cæna *Dominica* esse & porrigi & verè ore nostro sumi; ibi prorumpit *Melchior Rinckius*, & excitat plebem promiscuam, clamantem magno tumultu: *Schlag todt den Fleisch-Fresser*; ideo quidam ex furiosis veniebant properantes ad suggestum, ut *Amstelrodamum* detraherent, quod cum facere inciperent; erant ibi ministri *Comitis Generosi D. Ennonis* & alii, qui bonum virum liberabant ex manibus populi furentis, & sacrario includebant: Sic tandem re infecta discedere oportuit *Amstelrodamum*. interim delitescente in sacrario *Timanno Amstelrodamo*, mox se ingerit in suggestum *Melchior Rinckius* & aliquoties repetit hæc verba: *Ob wir wol müssen darum Schwärmer heissen und seyn / daß wir den Wittenbergischen aus dem Korff entflohen und entflohen seyn / so seynd wirs doch nicht*:

M m m m

Rin-

Rinckio se adjunxit *Menno Simon*: Circa Annum Domini 1525, & Annum Domini 1526. hæc acciderunt; Quando etiam ex impulsu *Caroloftadii* & *Rinckii iconomachiam* exercebant plebei, & magno tumultu turbabant *imagines*, tunc subsecuta est circa Annum 1528. clades in *Genizho*, ubi milites mille & quingenti trucidarunt octodecim millia *ruficorum*, unde hæc versus:

In Gemlgho PhrIfII CeCIderVnt LVCE CaLIXel.

Cum Anno 1526. prodiret *Caroloftadius*, & *Emeda* palam doceret, hinc inde in Nobilium Dominiis, rursus significari & indicari *Comes ENNO Caroloftadio*, ut à tali proposito discederet & urbe *Emeda* itaque ditione exiret, hocque mandatum minaciter curat intum *Caroloftadio*, & interim nondum fugit: Interea *Illustris Comes* per ad *Lutherum*, & ei conqueritur, quid *Caroloftadius* in sua ditione reperit, petitque sibi doctum aliquem Theologum ad repurgationem rerum Ecclesiarum mitti: *Lutherus* consolatur & confortat *Comitem* per litteras, ostendens prolixè, quod *Caroloftadii Spiritus* non quiescat, & eò mittit *Joannem Brunonem*, virum eruditum & gravem, maturioris ætatis hominem: Hunc virum valde pium suo *satellite* deduxit *Comes ENNO* (*pater* moderni *Comitis Ezardi*) in Ecclesiam *Emedam*, ut ibi publicè doceret: Etsi multitudo nihil contra *Brunonem* audeat propter præsentiam *Comitis ENNONIS* & *satellites* armatos, tamen pueros & alios vagabundos homines, qui & concionantem & in plateis ambulantem *Brunonem* deriderent, deluderent & contemnerent, subornantur. Cum videret *Caroloftadius* à *Comite* *inquisitionem militarem* de capiendo *Caroloftadio* institutam, mox aufugit clam: *Bruno* etsi piè viveret, laboraret & laboraret in sua vocatione, nihil tamen docendo proficiens tandem incidit in *phthisin* & labe tali Anno Dni 1529. exstinguitur *Emeda* cujus morte valde *Comes Enno* turbatur: Interim cum *Menno Simonem* videret quoque in suis vagari ditionibus, orat *Ernestum*, *Ducem Leoburgicum*, pium Principem, ut ipsi mittere dignaretur aliquot doctos Theologos ad Reformationem & repurgationem Ecclesiarum suarum *sece Sacramentaria* infectarum. Et paulo ante graviter mandaverat *Comitibus Sacramentariis* Doctoribus, ut discederent, & curaverat eos ejicere suis parochiis: Verum *Ulricus* à *Dornem* multos clam sustenta vit, qui in *Sacramentaria* opinione confirmatus erat per *Caroloftadium* qui vero abierunt *Wittebergam*, ut *Gerhardus Mollerus* & *Fredericus*, *papa Gastensis*, qui edunt coram *Philippo* confessionem, qua contentus est

Melanchthon, & intercedit pro ipsis apud *Comitem Ennonem* literis, sic recipiuntur ad Ecclesias, quoniam posterior ad *Sacramentariam* opinionem relaberetur. In initio Anni Domini 1530. misit *Ernestus, Luneburgicus Dux*, ad *Ennonem Comitem* in *Phrysiam Orientalem* *Martinum Ondermarckum* & *Mattheum Gindericum*, viros doctos, qui *Emeda* docebant *presente Comite*, & *Sacramenta* administrabant: Verum etsi *presentia* & *potentia Illustris Comitis* metueretur, tamen *Menno Simon* noctu excitavit plebem, ut *Luneburgicos Theologos* contemnerent, nec amplius eorum conciones audirent; sed cum intelligeret *Princeps Ernestus Dux* suos *Theologos* nihil ibi præstare posse & omnia esse tumultibus plena, revocavit eos. Ideo nihil amplius tentare potuit bonus *Princeps* & *Comes*. Ita in *Ecclesia Emedana* permansit *Sacramentaria doctrina*, hoc est *Cinglii & Calvini dogma*, quam ibi propagarunt *Hermunus Brasius*, *Joannes Dominus à Lasco*, *Polonus Baro*, *Gelius Faber*, *Vincentius Reinerus*, *Godefridus Einhavins* & *Arnoldus Caletunus* multique alii, sicut hodie faciunt *Mense Alingus*, & *Joannes Petrejus*, atque antea Dominus *Albertus Hardenbergius*.

Interim ea pietate præditus erat *Inclytus Comes Enno*, ut hoc saltem efficeret per *Johannem Brunonem* & postea per *Luneburgicos Theologos Martinum Ondermarckum* & *Mattheum Gindericum*, ut vera doctrina & verus usus *Sacramentorum* & plantaretur & maneret *Norda*; quam etiam ibi conservavit *Satrapa* ibidem vir optimus *Reinerus Crumma*, ab Anno Domini 1529. usque ad Annum 1555. Docuerunt *Norda* *Wilhelmus Lentius*, *Antwerpianus*, & *Johannes Vorstius*, viri docti, quibus se opponebat *Joannes Fuspadius*, nitens auxilio *Joannis, Domini à Lasco*, cui se graviter *Johannes Vorstius* opposuit, & ita uterque dimittitur. Sic *Vorstius* abiit in *Holsatiam*, postea obtruditur *Wilhelmo Lentio* collega, insignis *Sacramentarius Martinus Micronius* *Flandrus*, invito etiam *Satrapa Reinero Crumma*: Cum verò *Wilhelmus Lentius* & tota *Ecclesia* reculerent *Micronium*, tamen opera *Joannis, Domini à Lasco*, obtruditur *Ecclesie* eum respicienti: Ideo isti cedit *Wilhelmus Lentius*, & abiit in *Dithmarsiam*, ubi etiam moritur ante bellum. Mox multum laboravit *Satrapa Reinerus Crumma*, ut revocaretur in locum *Lentii* alius quispiam syncerus & orthodoxus *Theologus*, videlicet vir eruditissimus *Joannes Ligarius*, translatus eò ex *Ecclesia Uphusiana*: Jam demortuo peste *Micronio*, de quo postea plura referemus, additur collega *Ligario Franciscus Alardus* *Bruxellensis*, qui isti *Ecclesie* ad sexennium bene & piè præfuerunt: Cum vero

Emdam transferretur *Emporium Anglicum pannicum* circa Annum Domini 1564. gratificabatur junior Comes *Eizardus*, *Emonis* natus maximus filius *Anglis*, & in gratiam eorum constituit *Nord* ministros Comes illustris *Wicherum Sigerum* & *Isebrandum Balkium*, sed tandem rediit ad Ecclesia ad priorem fidem & confessionem, & ei concessi sunt concionatores Augustanæ confessionis & Lutheranæ doctrinæ: Sicut in hoc curus postea fuit & est celebris & generosus Comes *Eizardus*, cum sua illustrissima Principissa, nata ex regio *Suecorum Regum* stemmate, *Catharina* matrona piissima, ut doctrina Augustanæ confessionis juxta sententiam Lutheri ubique propagetur: In qua re utebatur primò *Joannem* opera, & nunc per *Joannem Ligarium* nostræ confessionis doctrinæ, que constitui passim per Ecclesiam curat, & aliquando constituit dicertum colloquii inter Lutheranos & Calvinistas habendis, sed Calvinianæ cum suis prætextus & effugia quæsierunt.

Interèa hoc non reticendum erit, quod etiam inter *Nobis* hujus ditionis, sicut *Comites* & *Principes Orientalis Phrisæ*, pater & filius *D. ENNO* & *D. EIZARDUS*, purioris Religionis assertores semper fuerint & sint, nempe hi: *Hicko Capitaneus in Dornhem* & *Petfen* retinuit constantem doctrinam Lutheri, & aluit fidelem istius doctrinæ assertorem, *Witmannum Bartolum*, & ante ipsum, quendam *Lambertum* ejusdem sententiæ hominem: Deinde habuit in *Petfen* concionatorem, sincerum *Wilhelmum N.* qui ibi pastor usque ad longam hæsit senectam.

Hodie *Hero de Cloister* / *Capitaneus in Dornhem*, cum *forore* pia *matrona Eitba* retinebat, fovebat & sustentavit hæctenus suum pastorem *Witmannum Bartolum*, & multa beneficia pauperibus, veris Ecclesiæ ministris, Scholis & Scholasticis atque egenis præstabat, & etiam modo idem facit *Egerius* & *Gerlacus* fratres de *Howerdæ*, *Capitanei in Uphusen* & *Uphusen* / semper etiam nostræ, hoc est puræ religionis assertores fuerunt: nam ut istorum parentes, ita & filii aluerunt *Gerhardum Mollerum*, quem ad *Melanchthonem* abiisse diximus *Wittebergam* usque: Et sane hic *Gerhardus Mollerus* erat sincerus & constans assertor veritatis Evangelicæ, qui cum venisset *Wittebergam* cum *Frederico pastore Gasten*, qui tunc *Philippum* conveniebat, interim hic *Gerhardus Mollerus* cum *M. P. Belzermano* pastore, viro excellenter docto, (uterque erat etiam in lingua egregie versatus) convenit *Lutherum Wittebergæ*, & cum omnia argumenta, quæ unquam à *Carolo studio*, *Cinglio* & *Oecolampadio* profecta essent, haberent in promptu, & coram *Luthero* proferrent, ita sunt refutati.

Doctore Martino Luthero, ut obmutescerent, & perpetuò in sententia Lutheri perstarent. Hic Mollerus multa & varia passus est ab Emedensibus ministris, sub regimine Illustris viduæ & piæ matronæ *Anna*, nata Comitissæ de *Sttenborch* & *Delmenhorst*, quondam conjugis *D. Ennonis Comitissæ*, quando generalis inspectura Ecclesiarum Domino *Joanni à Lasco* commendata esset, & postea à *Gelio Fabro*, *Hermannò Brasio*, & *Martino Micronio*. *Ligarius* dimissus *Norda*, suscipitur pastor in *Bolthausen*.

Expulsus est auctoritate *Cæsaris Caroli V.* Anno Domini 1548. *Joannes à Lasco*, Baro Polonicus, & is abiit in *Angliam*, & postea inde quoque expulsus Anno Domini 1552. reversus est *Emedam* cum *Joanne Udenhorvio*, *Martino Micronio*, *Galtero Dolæno* patre (viro doctissimo) & filio *Petro Dolæno* & cum *Mortango*, &c.

Ex *Phrisia* iterum expellitur literis Senatus Belgici *Bruxellensis* Anno Domini 1554. *Lascovius*, quando abiit *Francofortum*: Multa ille & *Udenhorvius* & *Micronius* scripserunt contra nostros Theologos pro sua opinione *Sacramentaria*. Sed unus exstat liber Domini *Joannis à Lasco*, editus Anno Domini 1545. contra *Mennonem Simonem* de vera incarnatione Domini nostri *JESU CHRISTI*, qui doctus est & à doctis commendatur: *Micronius* scripsit nominatim contra *Martinum Fabrum*, pastorem *Hagensem* in hoc Comitatu, cujus exstat epistola inter responsiones *Saxonicarum* Ecclesiarum adversus *Calvinum* editas Anno Domini 1557. per *M. Joachimum Westphalum Hamburgensem*, &c. *Faber* ille vir est citra controversiam doctissimus, integerrimæ vitæ, & multæ lectionis: Qui ad Annos 36. restitit ibi adversariis *Calvinistis* magna fide & placiditate: Et fuit aliquando collega *Hermannus Tomerus* alias *Marius* dictus, homo ad affectus movendos egregius: *Albertus Latomus* pastor *Aurica* in sua Ecclesia ad annos plures quam 60. semper defendit sententiam Lutheri: Est hodie in eo Comitatu alibi pastor vir doctus, linguarum peritus & acutus, *Bernhardus Blockius*, *Lippensis*.

Referenda & recitanda erit nobis adhuc una historia observatu digna: *Martinus Micronius*, *Flandrus*, disputaverat Anno Domini 1554. *Wismaria* cum *Mennone Simone*, in *Januario*: Eam postea in hoc Comitatu *Belgica* lingua per typos evulgavit Anno Domini 1556. Ibi omnes *Anabaptistæ* conquirebantur ipsam disputationem à *Micronio* mala fide evulgatam, & ideo cum ipso provocant ad novam disputationem, ideo *Norda* instituitur disputatio, & erant disputatores *Micronius* & à parte *Anabaptistarum* *Adolphus Speigelmakerus*, & fiebat disputatio coram plebe, ibi cum de

incarnatione CHRISTI disputaretur, & Micronius diceret, etiam famam
 projicere semen & habere interne testiculos, ibi non solum de foeminis homi-
 nibus sed etiam de pecorum & animalium foemellis, an projicerent se-
 men, disputatum est: Nam ille *Adolphus Speigelmakerus* hoc unum urge-
 bat, nullibi in scripturis legi, quod foemina ejiceret semen, sed hic nullum
 haberi, quod foemina ex viro vel ejus semine conciperet, & non dici vel ex-
 primi in scriptura, quod foemina in conceptione aliquid ex suo adderet.
 Ideoque non sequi, quod ex *Maria semine* CHRISTUS conceptus esset.
 Hic duo protulit testimonia *Micronius*, primo quod diceretur *foemina*
ventris Mariae, secundo, quod graeca vox Hebraeorum de *Sara* diceretur,
 nempe *eam vetulam ex fide projecisse semen*; sed respondit *Speigelmakerus*,
Lutherum ita reddidisse graecum textum, fide habuit *vim concipiendi*, &
 tandem utraque pars ad medicos provocavit, (& citatus medicus dixit
foeminas habere interne testiculos non minus, quam viri habeant externos. Sic
 negotium totum versum est in risum.

Saepe in *Phrisia* quoque disputarunt cum *Anabaptistis* *Hermanus*
Backarelius, *Dominus Mortangus* & *Gerhardus Campius*, viri docti, &c.
 Et hoc est istis *Nebulonibus* saepe objectum, ut ostendant ex scripturis,
 quod non projiciat semen mulier, ibi subticuerunt. *Sacramentarii* concisiona-
 tores *Emedae* cum *Anabaptistis* Anno Domini 1578. publice disputarunt, &
 acta istius disputationis extant. *Præcipui* hodie *Sacramentarii* existunt
 in *Phrisia* post *Emedanos*, quos nominavimus, *Wicherus Melleius*, pastor
 in *Hinthia* / *Feito Ruwerdus*, pastor in *Olbersum* / *Joannes Nicajinus*, pastor in
Borsum / *Walterus Turnerus*, pastor in *Zopperfen* / *Conradus Quanius*, pa-
 stor in *Leher*.

Est hodie D. EZARDUS Comes Illustris admodum puræ religioni ad-
 dictus, cui suo adsit Spiritu CHRISTUS JESUS benedictus cum DEO patre
 & Spiritu sancto in seculum, Amen.

Idemque Comes Inclytus D. Ezardus II. habet in consiliis syncretis
 nostræ Religionis viros, inter quos hodie excellit consultissimus & co-
 mius J. U. Doctor *Sebastianus Molkerus Cancellarius*.

HISTORIA RENATI EVANGELII

In COMITATU RAVENSBURGICO.

IN veteri urbe hujus Comitatus antiqui BILEVELDIA incipiebant
 circa Annum Dni 1541. & sequentibus Evangelium de JESU CHRISTO
 pro-

propagare *Antonius Mollerus*, pastor, & ejus collega *Hermannus Barlagius* & tunc erant ex Consulibus strenui veræ doctrinæ assertores *Wilhelmus Grefius*, ejusque filius *Joachimus* & *Adrianus Densingius*, qui etiam diligenter in templo conciones audiebant, & Psalmos Germanicos cum Ecclesia canebant, postea ex inopia cedit ad Papistica sacra *Barlagius*: Cum vero *Antonius Mollerus*, pastor veteris oppidi, tempore *Interimistico*, viatore *Carolo V.* & subactis Principibus, mutationem aliquam religionis præforibus esse videret, quia erat in eo vera pietas & sanctus zelus, tanto mœrore afficitur visa abominatione libri *Interimistici*, & lecto mandato *Principis Juliacensis*, ut mox postea animam ageret: Circa illa tempora videlicet Anno Dni 1540. 41. 42. & 43. atque sequentibus legit diligenter scripta *Lutheri*, *Philippi* & aliorum *M. Joannes Mensius*, pastor in *Dorm* vir doctus, qui quoque pure Evangelium docuit & sincere Sacramenta administravit, & interdum aliquot pios Psalmos Germanicos in sua Ecclesia cecinit, & quantum pro ratione temporis potuit Pontificios abusus vitavit & removit.

Erat etiam pastor in *Neapoli* vir latinæ linguæ doctus *M. Thomas Eltius*, *Osnaburgensis*, quem in pio prædicandi Evangelium Christi proposito impedivere diu *Canonici* ibidem collegiati, sed cum haberet patronum, virum nobilem prudentem & gravem, *Matthiam ab Altenbochum* / *Sarapam* & gubernatorem totius Comitatus, & prædictos Consules, nixus istorum subsidio feliciter incepit psalmos canere germanicos, libere docere veram doctrinam Evangelii, abusus pontificios taxare, & Sacramenta purè juxta institutionem CHRISTI administrare, usque ad tempora *Interimistica Religionis*; Nam ut novus pastor in veteri oppido succedens *Mollero* nempe *Fodocus Wichtius* (dictus *Hanebomius*) aliquid tempori indulgebat, ut Papistica Sacra aliquantulum exerceret, quamvis utramque speciem communicantibus semper porrexerit, sic quoque hic *Eltius*, juxta mandatum *Principis Juliaci* ex præcepto *Cæsaris Caroli V.* ad nutum *Capitularem Canoniconum* ibidem in collegio quidvis egit & per omnia *Interimistica* scabiem suscepit, saltem hoc fine, ne privaretur pastoratu: Ita ad paupertatem redactus inedia & mœrore extinctus est in bono senio Anno Domini 1552. Attamen erat vir eleganter doctus: Interim pastor in veteri oppido *Fodocus Wichtius*, sicut antea sacra exercuerat ipse antecessor *Antonius Mollerus*, cepit liberius docere circa Annum Dni 1551. & 1552. & iterum psalmos germanicos canere, verba cœnæ recitare psalam, & habuit ex *Schola collegam* fortiter pastorem adjuvantem *Her-*

mannum Gangelium cum collega pastoris Henrico Schrodero, viro docto in concionibus: In locum *Thoma Eltzii* demortui vocatur opera *Henrici Horstmarii*, Anno Domini 1553. HERMANNUS HAMELMANNUS, nuper ex diversis Academiis in patriam reversus, per Capitulares: Cum quis conciones audivissent, transegerunt ita cum eo, ut quicquid HAMELMANNUS posset palam tueri & probare ex Sacris literis, libere in Ecclesia propo- garet & juxta præcepta divina Sacramenta administraret, itaque omni- perficere, ut coram quovis posset rationem fidei suæ reddere. Hæc transactionem nomine Capituli confirmavit Decanus Antonius Vengerus, & permisere HAMELMANNO sua Sacra exercere mane ad duas horas, scilicet à sexta usque ad octavam: & à meridie à duodecima usque ad sextam. Ibi ordine in suis concionibus nunc de hoc capite doctrinæ, nunc de aliis prolixè sed modestè disputavit HAMELMANNUS, asserens ex sacra scriptura & patribus, quæ erant vera, & refutans quæ erant falsa. Magno numero concurrunt ad conciones HAMELMANNI turmatim ex tota civitate, nam HAMELMANNUS cecinit psalmos germanicos cum plebe, exercit doctrinam Catechismi cum pueris, & erat ei strenuus adjutor in toto negotio Georgius Sneckampius, Rector Scholæ ibidem, qui suos auditores scho- lasticos & pueros quotidie ad psalmodias germanicas in Scholis canen- das & in templo repetendas assuefecit, & in examine Catechesi ipsos præ- paravit: Sic piè & pure Evangeliorum & Epistolarum Dominicarum explicationem planam & perspicuam proponebat HAMELMANNUS suis au- ditoribus, addito etiam examine & concione Catechetica. Erant inter Canonicos quidam, qui diligenter & semper audire HAMELMANNI conciones, imprimis *Wesselus Hanebomius*, Senior Canonici: Unus erat in collegio Scholasticus totus Papista, sed tamen externa vita probus, *Adolphus Barckhusius*, qui se aliquoties commisit in colloquium cum HAMELMANNO, disputans cum eo de primatu Papæ, de Sacrificio Missæ, de monachatu & de votis, sed est quidem ex scripturis per HAMELMANNUM confu- ctus: Tandem *Adolphus Barckhusius* provocat ad Patres, ibi itur ad Biblio- thecam Monachorum observantium, & ibidem ex scriptis patrum veterum refutatur, ut in posterum quiesceret *Adolphus*, idem accidit *consiliario* *Coquo*, miro Pontificiæ Religionis assertori, qui etiam fecit peri- culum suæ doctrinæ Papalis defendendæ apud HAMELMANNUM, sed in confictus, ut deinceps nihil tentaret: Ita per integrum annum floruit tranquilla Ecclesia in pace & ex concionibus HAMELMANNI erant auditorum adeo instructi, ut nunquam adirent Pontificia Sacra tam in concionibus

quam in collegio. Interdum citabatur, quando *Canonicorum Sacra* hoc est *Superstitiones* reprehendisset *modeste, ad capitulum, & in praesentia Georgii Succampii & Joannis Holscheri* civitatis *Secretarii*, cum esset à *Decano* reprehensus, placide suas conciones defendit: Tandem Anno Domini 1554. *in die Corporis CHRISTI* (sicut hoc *festum Papale* vocatur) cum *HAMELMANNUS* haberet *concionem de Eucharistia* ejusque vero usu & abusu, ibi non minus ex *Scriptura*, quam ex *patribus* ostendit illam horrendam panis, ut *DEI Manhusin*, *circumgestationem & adorationem esse idolatricam & fugiendam, & illud festum esse ante admodum pauca secula ab Urbano tertio primum institutum*: Et tandem conversus ad *Capitulares & Canonicos*: Oro, inquit, vos *Honorabiles Domini*, imo *obtestor vestram conscientiam*, ut propter vestram salutem omittatis *Persicam* illam panis *circumgestationem*, ne merito *CHRISTI Salvatoris* insultare videamini. Interea addit: Quod si omnino, *optimi auditores*, hanc *idolatriam & prophanationem* intermittere nollent nostri *Canonici*, tunc vos saltem diligenter moneo, ne vos *socios talis impietatis* ipsis praebatis. *Finita concione*, cum *Canonici Sacra* sua inciperent, *frendentes & furibundi per Decanum Antonium Vehemejerum* curant per *cœmeterium* gestari *impennatum DEUM suum*, & licet moris esset, ut *tabulata splendida*, sub quibus incedebat *purpuratus Missfex & gestator panis idolatrici*, gestarent *Consules & Senatores*, tamen eo die *nemo ex vilissimis civibus, imo ex miseris famulis* reperiebatur, qui *tabulata illa* volebat attingere, etsi ad hoc pecunia invitaretur: *Finitis Sacris* curant *convocari totum Senatum Canonici, & asperissimis mendaciis deserunt HAMELMANNUM*, urgentes, ut *juxta vigorem Ducalis mandati* nuper *evulgati ipsum eicerent ex urbe*, postquam eo ipso die palam in concione *Anabaptisticam & Sacramentariam* opinionem, quod *CHRISTI corpus* non sit in *cœna*, asseruerit. Ibi totius *Senatus* nomine respondet *Consul Jodocus Rinthlenius*, neminem *damnari posse, nisi sit prius auditus*. Citatur igitur *HAMELMANNUS*, eique hæc proponuntur; *is provocat ad suos auditores & petit illos super hac re examinandos*. Mox in *curiam* vocatur *unus ex patriciis & primariis spectata fidei & auctoritatis vir Gerhardus Coquus, cum paucis aliis principibus Neapolitanis civibus*: Ibi nomine *civium praesentium* repetit *Gerhardus Coquus* summam concionis habitæ, ostendens *abusus Pontificios* in ea taxatos, & nihil de re *Sacramentaria* tractatum, verum de legitimo *Sacramentorum usu*, quod verum *CHRISTI corpus* in *cœna* adsit & à *sumentibus* percipiatur, &c. Sic cum *rubore discesserunt Decanus & sui*: Sed *Senatus*

Hamelmannum excusatum habuit. Interim non destiterunt *Cononius* currere ad arcem *Sparenburgicam*, quo *Satrapam* convenirent: *Satrapa* qui erat *Matthias ab Oldenbuchum*, nobilis virtute, genere, & auctoritate vir, audivit graves accusationes: Citatur quoque *HAMELMANNUS*, qui intellecta secunda accusatione rursus provocat ad suos auditores, et quibus denuò requiruntur priores testes, qui cum *Satrapa* adessent, proponitur eis summa accusationis & excusationis, & quid ipsi in hoc negotio testentur requiritur. Ibi rursus faciente verba *Gerhardus* eisdem idem repetitur: Sic *HAMELMANNUS* secunda vice absoluitur, cui tamen acriter minabantur. Interea clam per literas accusatorias calumniosas & mendacis plenas deferunt in aula ad præcipuos *Juliacenses* consiliarios *HAMELMANNUS*: Mox graviter scribitur ex aula sub nomine Principis ad *Satrapam* nem & circumspexit *Matthiam ab Altenbochum*, ut diligenter circumspiciat, an ibi quidam (dictus *HAMELMANNUS*) exorbitando quicquam noctu in conventiculis, aut in Ecclesia palam contra Ecclesiasticas ordinationes Principis tentaret? Idque quam primum in aulam periret, verum talem concionatorem sibi vincitum servaret, donec ex aula responsum reciperet.

Hæc vir pius & Evangelii studiosus Dominus *Satrapa* (secundum consuetudinem) *HAMELMANNUS*, suadetque, ut quomodo accipiat & interpretetur ordinationes Principis, in scriptis comprehendat, & illa ad Cancellarium *Juliacensem Joannem Vlattenum* mittat, addita sua Epistola, qua supplicet petat *Domini Cancellarii*, ut viri docti & ab *Erasmo Roterodamo* commendati iudicium & censuram.

Hoc fecit *HAMELMANNUS* per Epistolam eleganter conscriptam, ad nihil responsi recepit. Post ea *Capitulares Hamelmanno* obijciunt, quod sua obligatione promiserit, se coram quovis redditorum esse rationis fidei & concionum vel confessionis suæ, ideo ipsos mandare, ut se recipiat in *Ducalem aulam*, & ibi reddat rationem doctrinæ suæ. Libenter respondit *HAMELMANNUS*, se quidem id facturum, modo ei sumptus itineris præstent, & se quoque in aula sistant. Quò tandem posset, *HAMELMANNUS*, accipiunt conditionem, *Decanus Vehemjerus* & *Johannes Hanebomius* equites in aulam proficiscuntur, *HAMELMANNUS* vero pedester habens socium itineris *Johannem Holscherum*, urbis Secretarium ut rectè per psalmistam dicatur: Hi in curribus & equis, nos autem nomine Domini. Tandem quando 30. miliaria confecisset, reperit reversarios in arce *Bensborg* / ubi tunc agebat Princeps. Ibi advertit

contra HAMELMANNUM absentem instituunt actionem. Auditis istis, venit ex arce ad HAMELMANNUM Principis Juliaci Consiliarius D. Carolus Hastius, quærens, an esset membrum & professor Augustana confessionis? Respondit se esse, mox regerit Hastius: Das nimmt mein gnädiger Fürst und Herr mit Ungnaden auff/ daß ihr ohne Ihrer F. G. consens solche Lehre hat in F. F. G. Land wollen einführen. Respondit HAMELMANNUS, se legitime vocatum esse à *Capitulo*, & ita inter ipsum & Capitulares contractum, ut omnia quæ posset ex verbo DEI aperte demonstrare, libere proponeret, & sic exhibuit *copiam Transactionis Hastio*. Qui regerit: Ergo tu omnia in *Augustana confessione* comprehensa, censes in verbo DEI haberi & ex eo probari posse? Imo, ait iste, probari possunt.

Mox regerit *Hastius*: Annè tibi ignotum est, quod ante annos *undecim* manu, & sigillo fidem dedit Cæsari Princeps noster, se permanenturum in Romanæ Ecclesiæ religione, & non accessurum ad sententiam Augustanæ confessionis, quomodo ergo te ferre poterit? HAMELMANNUS ait: Licet dandum sit Cæsari, quod est Cæsaris, & DEO, quæ sunt DEI: Tamen *Domini est terra*, ipsi committo me & meum negotium. *Hastius* jubet HAMELMANNUM, qui ei tradiderat *litteras Senatus Bilefeldensis* offerendas Principi, expectare, & post horam redit *Hastius* cum *Gerhardo Juliaco, Secretario Ducali* & ait: Ob wol ihr beführen haben unsers F. G. und Herrn Meynung gehört/ dennoch um des Rathes Ihrer G. Stadt Bilefeld fleißige für euch geschene Schreiben/ will Ihre F. G. euch mit euren Wiedertheil an F. F. G. heimgelassene Råthe gen Düsselдорff hingewiset und remittiret haben/ da solt ihr weiters Bescheides zu erwarten haben/ da möget ihr euch hin machen/ und darmit habt ihr euren Bescheid. Ad hæc HAMELMANNUS: Sicut Domino in cælis placuit & placet, ita factum est & adhuc fit, sit nomen Domini benedictum.

Dusseldorpii cum se sisteret HAMELMANNUS, tandem in aulam 14 Augusti mane vocatur & diriter excipitur, quod contra *Ordinationem Principis* ante multos annos publicatam & ab ordinibus olim receptam, egisset. Regerit ille, se nihil contra *ordinationem* egisse, si commodè intelligatur, quemadmodum intelligendam putet, quod etiam scriptis ad magnificentum Cancellarium D. Joannem Vlattenum, virum Nobilem & doctum, datis, declaravit. Retorquent Consiliarii, *Ordinationem Ducalem pro tuo arbitrio & sensu interpretaris*, non juxta sensum Principis, suorum Consiliariorum, & Catholicæ Romanæ Ecclesiæ? Ideo hæc iniquè fert Princeps. Ne tamen diu tecum rixemur, hæc est mens & sententia

nostri Illustrissimi & Clementissimi Principis, ut te examini coram nobis subjicias, & te propterea, cum jactites te velle coram quovis reddere rationem fidei & doctrinae tuae, debes respondere ad interrogata hujus ejus Celsitud. Theologi praecipui & aulici concionatoris. (Hic erat *M. Arnoldus Bomgartus*, pastor *Wassenburgicus* & Scholasticus *Canonicus Duffeldorpianus*) respondet *HAMELMANNUS*, se doctrinae suae firmam jam dudum in scriptis exhibuisse *D. Vlateno Cancellario*, qui tunc praesens aderat, & si quid in ea desideret, ut hoc explicet, quo commodè defendat, aut latius declaret: Respondetur *HAMELMANNUS*, illud scriptum esse privatum & ad unum contextum, nunc opus esse, ut publicè respondeat, quod facere non detrectavit.

Wassenburgicus pastor, ille *Bomgartus*, erat Sacerdos optimis beneficiis dives & Papista spinosus, qui acriter Papistica argumenta omnibus locis, qui inter eos in controversiam veniebant, urgebat, & multas acutas quaestiones proponebat *HAMELMANNUS*, qui ex locis communibus *Philippi & Augustanae confessione*, ejusque *Apologia* ad omnia ista ordine & perspicuè respondit, pleraque in certa argumenta redegit, & ad formam respondit. De his autem locis inter eos agebatur: De libero arbitrio (quod *Arnoldus* ille asseruit) de merito Sanctorum, de meritis nostris & de premiis bonorum operum, de lege & Evangelio, de sola fide justificante, & an vox sola posset probari ex sacris literis & veterum Patrum scriptis, de operibus, an etiam per opera salvemur, de invocatione sanctorum, de satisfactionibus, de baptismo, de paedobaptismo, de chrismate, de unctionibus, de unctione extrema, de numero Sacramentorum, de poenitentia & confessione, de voce Sacramenti, de matrimonio, an sit Sacramentum? an baptismus tanquam externum opus conferat salutem, an maneat post baptismum in homine peccatum? de Sacramento Eucharistiae, quid sit, an sit ibi nudum signum, & procul absit verum corpus: An etiam in eodem modo per *Sacrificium Missae* & externam oblationem verè corpus Christi offeratur in remissionem peccatorum tam pro vivis quam defunctis, & an Canon missae Sacrae sit admittendus, & consentiat cum eruditione & puritate? an etiam privatae missae probentur & quid tradat sentiatque *Hamelmannus* de purgatorio: Quid de una specie Eucharistiae laicis porrigenda quid de repositione & adoratione panis Eucharistici: Item de Ecclesia & de Romano Pontifice & successione ordinaria sentiat, &c. De his locis tres horas inter ipsos ventilatum est, & interdum interlocutus est *Cancellarius Vlatenus*. *Arnoldus Bomgardus* Papisticam opinionem acriter

defendit, contra HAMELMANNUS Evangelicorum sententiam graviter tutatus est absque ullo fuce.

Tandem HAMELMANNO jubetur, ut *se domum recipiat*, exspectans Principis, ad quem acta deferenda essent, sententiam. Ibi demisse protestatur *Hamelmannus*; Etsi forte vel verbo vel mente lapsus esset, tamen ipsum nihil aliud spectare & querere, quam gloriam DEI & veritatem in vera doctrina, orare igitur ipsum & obtestari presentes celebres Consiliarios, imprimis *Cancellarium Vlattenum*, tanquam nobilem, doctum & controversias intelligentem virum, in CHRISTO, ut cogitent de aeterna salute, de veritatis patrocinio, quò in illis fiat hoc verum, quod dicitur à CHRISTO: *Qui est mecum, colligit mecum. Si vero dispergant contra Christum, qui tandem subsequetur sit?*

Cum *Hamelmannus* domum venit 22 Augusti: *Ibi propagata erant scripta sub nomine Principis, damnantia Hamelmannum*, quasi levius sententiam de Sacramento altaris proferentem & male respondentem de *Sacrosancta Missa Sacrificio*, ideo eum dimittendum. Talia ex aula venerunt scripta ad *Satrapam ad Senatum*, & ad *Capitulum*: Audita hac sua renunciatione *Hamelmannus*, egit DEO gratias, & sicut *progymnasmatum* quaedam de *Traditionibus Apostolicis Bilefeldia*, tunc evulgaret typis *Petri Brubachii*, Typographi *Francfortiani*, sic quoque totam controversiam de *Eucharistia* inter nostrates Theologos & Pontificios explicat solidis S. scripturae testimoniis, & perspicuis patrum sententiis, nempe de *vero Christianorum Sacrificio*, de *Missis* & *Papistarum Sacrificio* & de *privatis Missis*, & quid apud patres vox *Sacrificium* & *Offerre* significet, & qua phrasi sumatur? De utraque specie, de repositione & adoratione *Eucharistiae*, an habeant fundamenta in Scriptura, in historiis Ecclesiasticis & antiquae eruditaeque Ecclesiae Patribus, &c. Hæc ita contexta *Francforti* typis in lucem Anno Domini 1556. evulgavit: Et cum alibi faceret mentionem *Examini sui Dusseldorpii* habiti, tandem subjicit *Hamelmannus* hæc verba: Cum hæc ita se habeant, facile cognoscat lector, an *Vlattenus* sit vel amicus vel hostis veritatis, &c.

Altero anno oritur bellum inter Comites vicinos *Lippiensem* & *Rithbergicum*, & cum summa belli transferenda esset ad Ordines totius circuli *Westphalici*, mox conqueritur *Vlattenus*, id à suo Principe probari non posse, quod eum in *Lippiaco Comitatu* detineant, qui ipsum tanquam hostem veritatis proclameverit. Respondent *Lippienses*, quis ille sit; Ipse ait hunc esse *Hamelmannum*, ita ad tempus cedere ex eo Comitatu jubetur

Hamelmannus: Quod etiam obedienter & patienter fecit, & interea quæ in colloquio inter ipsum & *Wassenburgicum* pastorem *Arnoldum Benzardum* tractata erant *Dusseldorpii*, de *Eucharistia*, & quæ ille in prædicto libro de toto negotio *Eucharistiæ* conscripserat, illa in certas propositiones contrahit, evulgat, & de his Anno Domini 1558. 1 Julii disputat *Rosheimi*, nempe contra *Papistas* & *Sacramentarios*, ea fide & diligentia, ut postea *lauream Licentia* meruerit, & quando *Licentiatum* crearetur vel promoveretur, habuit clarissimus Theologus & historicus doctissimus *D. David Chytraus* orationem, & inter alia sic refert: Et in publica disputatione audivimus eum erudite, graviter & expedite veram de cœna Domini sententiam tueri & *Papistarum* abusus horrendos refutare. Ad huiusmodi tantum & *Ecclesiæ* necessarium tuendæ veritatis certamen ut instructior esset, summa diligentia & assiduitate in *Sanctorum Patrum* voluminibus evolvendis versatus est, &c.

Cum intelligerent *Senatus* & *cives urbis Lemgovienfis* in *Comitatu Lippia* esse promotum in *Licentiatum* *Hermannum Hamelmannum*, per *Reipublicæ* *Questorem* *Thomam Stonebuckium* revocarunt *Hamelmannum*. Interim dum nondum quiesceret *Plattenus*, instigatus semper à summo veritatis & veræ Religionis hoste *Henrico Coloniaco*, *Cancellario Paderbornensi*, accidit tandem, ut *Hamelmannus Platteno* reconciliaretur per literas *Mauritii Pideritii*, pastoris veteris oppidi *Lemgovienfis*, qui quondam *Platteno* (probanti veram Religionem, ut asseruit in literis) *contubernalis* & *studiorum socius* *Coloniæ* fuerat. Postea etiam quædam, partim *Theologica*, quod *omnium ætatum patres locuti sint nos Sola fide justificari*, utentes expressè voce *Sola*, partim *politica* *Scripta de rebus Westphalia* evulgata, didicavit *Hamelmannus Principi* & *Duci Juliacensi*, quæ cum *Medici Doctores Weyerus*, *Solinander* & *Lithodius* offerrent, non solum munus *honestum* *Princeps Wilhelmus* remisit *Hamelmanno*, sed etiam se excusavit, quod omnia quæcunque contra ipsum acta essent, se ignorante essent commissa & perpetrata, interea obtulit *conditionem Ecclesiasticam Hamelmanno*, &c.

Revertor ad *Bileveldenses*: quando *Jodocus Wichthus*, pastor veteris oppidi, & *M. Johannes Mensius*, alique plures opulenter beneficiati ex pastoribus peterent in multis casibus & causis Religionis consilium *Philippi Melanchthonis*, & rogarent ab *Hamelmanno*, ut ipsorum gravamina literis complecteretur & communi nomine ad *Melanchthonem* mitteret, fecit quidem id, & sic est responsum à *Melanchthone*: Reverendi viri

vestram petitionem, nostram vobis perscribimus sententiam in tanta Religionis confusione: Vos omnia dextre & candide accipietis.

Immensa bonitate DEUS patefecit se, & in genere humano colligit æternam Ecclesiam misso filio, qui est, λόγος & æterni Patris, quia est persona, per quam immediate prolata est ex sinu Patris æterni doctrina Evangelii, per quam inchoatum est & servatur ministerium Evangelii: Per hanc incorruptam doctrinam comprehensam in scriptis Prophetarum & Apostolorum, & breviter collectam in Symbolis, verissimè ipse filius DEI est efficax & regenerat credentes, & ostendit æternum Patrem, sicut inquit, nemo novit patrem nisi filius & cui filius volet revelare. De hac vera & unica doctrina Ecclesiæ DEI nota est vobis nostra confessio, in qua summa doctrinæ comprehenditur, & repetita est confessio in editione Scripti de Ecclesiis Megalburgensibus, cujus exemplum vobis mitto, & de hac confessione consensum inter vos & nos esse non dubito.

1. Prima autem sit cura rectè docendi & retinendi consensum in vera doctrina, sicut filius DEI orat, Sanctifica eos in veritate, Sermo tuus veritas, item fac ut unum sint in nobis.

2. Postea facile est judicare, quæ doctrinæ & qui ritus pugnent cum vera doctrina & vera invocatione, & tenenda est regula, *Fugite idola.*

3. Quia certissimum est, nihil habere rationem Sacramenti extra institutum usum, vellem adorationem in reservatione & circumgeffatione prorsus omitti: Nec cogitetur *inclusio corporis in panem extra verum usum*, quia filius DEI est agens liberum, & adest & agit sicut instituit: Id neque Eccius in Conventu Ratisponensi refutare potuit: Simul autem docendi sunt homines de vera presentia filii DEI in manducatione: *Ibi vere & substantialiter adest & est efficax in sumente, & manducatio pignus est, quod non tantum tunc adsit, sed habitat in sanctis, sicut inquit: Ego sum vitis & vos palmites, ego in eis; quia λόγος & filius DEI adest verbo vocali, & per id immediatè movet mentes, ostendit patrem, & dicit consolationem ac dat Spiritum sanctum.* De hac presentia in Ecclesia, id est in ipsis sanctis & de regno DEI & CHRISTI: Etsi enim & pater æternus vocat & sanctificat homines, tamen hæc fiunt immediatè per filium λόγος efficacem immediatè in ministerio: Postea tradet regnum DEO & Patri, id est cum DEUS se ostendet palam, non per ministerium.

4. Vellem elevationem panis & reservationem prorsus omitti.

5. De canone Missæ: Necessè est omitti Papisticum canonem. Quod verò ante communionem dicitis orationem & gratiarum actionem, placet:

cet: Ego in libro Megalburgensi, in ea parte, ubi ritus communicationis, videlicet in *Agenda*, ut nominatur, complexus sum, *Precationes, Gratiarum actionem, confessionem peccatorum, absolutionem & verba fidei applicantis promissionem.* Quia rectè vult fieri Dominus recordationem suorum beneficiorum, & invocationem & gratiarum actionem: Non vult tantum ritum externum oculis exhiberi, non vult multos gestur esse: Potestis inspicere librum Megalburgensem.

6. *De vestitu (Sacerdotali) de lychnis, de circuitu sive invocatione huiusmodi mortuorum, nihil pugno.* Nec vellem pelli ministros pios propter contentiones de talibus rebus, quarum *usum esse liberum, manifestum est.* Nec dubito, vos populo sæpe declarare distinctionem rerum necessarium & rituum humanorum.

7. *Reditus Sacerdotiorum* possideri piè existimo, si non conducant inde sacrificulos, qui pro vobis impia sacra faciunt. Nam *reditus illi cum sint Ecclesiæ, rectè à vobis possidentur, qui verè Ecclesiæ inservitis, ut Georgius, Princeps Anholdinus, iuste possidebat reditus Sacerdotii sui, cum interea propagationem Evangelii & studia fideliter juvaret, & non conduceret Sacrificulos impia Sacra facientes.*

Idem *de parte reddituum* sentio: Illis enim propriè *debent beneficia Ecclesiastica, qui Scholis & Ecclesiis docendo inserviunt, non otiosis ventribus.* Valet.

PHILIPPUS MELANCHTHON.

Post *Hamelmannum Bilefeldia ejectum, conducunt Canonici monachos observantium, ut is in die Bartholomæi doceat, qui statim in hanc vocem prorupit: Hactenus hic stetit hereticus, & docuit Sanctos neque honorandos neque invocandos: Sed si id fieri non deberet, curigitur Festa Sacerdotum (sunt instituta? Hæc audiens plebs, repressit ejus vocem aperta Cantilenis: Ach Gott vom Himmel sieh darein / 2c. Ein feste Burg ist. Er halt uns. Herr / 2c. tandem interventu consulum sedantur cives & plebeji: Interim illi committunt mulierculis negotium discedentes, quæ mox impetum faciunt in monachum, sumentes lapides, quibus contentus erat tumulus filioli Hermannni Hamelmanni Johannis, qui jam ejectione patre Hermannno Hamelmanno mortuus erat, ut sic patri duplicaretur crux. Interim à studioso quodam de hac redistichon erat concipitur*

Vindicat innocuum patrem jam mortuus infans,

Ut turbent monachum, suppeditans lapides.

Interim *Hermannno Hamelmanno, eodem Anno (videlicet 1554.)* *D. Georgii Honderlagi, Medici, & Johannis Coqui vel Cocci, parvici, in anno*

Lemgovia (qui mox Consul eligebatur) ex instantia & monitis fratris sui *Gerhardi Coqui*, CHRISTUS JESUS præparavit locum *Lemgovia*. Mox *Bilfeldie*, loco *Hamelmanni*, cum non auderent redire monachi, docebat *Decanus Vehemejerus*, & plerique alii, qui non audiebantur à plebe. Tandem homo mirificè verus & festivus *Joannes Kirchovius, Rudensis*, vocatur eò in pastorem: Hic pro sua calliditate potuit se accommodare ad omnium mores & ingenia, ita ut esset in concionibus bonus Evangelicus, & postea in choro sua præsentia Papistica Sacra comprobaret: Interim circa Annum Domini (splendente ex aula Juliae meliore aura) 1566. se aperte syncerum declaravit Evangelicum tam in concione quam in exercitiis Ecclesiasticis: Interim strenuè in colligenda pecunia occupatus fuit. Et ad hujusmodi institutum habuit commodam occasionem, nam primò obtinuit pastoratum cum vicariatu, postea consequitur Canoniatum, quem istis adjunxit, & tandem mortuo *Decano Vehemejero* eligitur *Decanus*, ut sic undique haberet, quò thesaurisare posset.

Fuerunt ibi *ludimagistri* pii docti & fideles *Gabriel Mattenklotus*, qui postea factus est *Ducatus Børgensis Secretarius*, *Georgius Snecampius*, *M. Georgius Vogelmannus* & *Joannes Bodenius*.

HISTORIA RENATI EVANGELII

In COMITATU RITHBERGICO.

Quando propter susceptam Evangelii doctrinam cingerent *Joannes Dux Clivensis ac Juliacensis*, & deinde *Simon, Comes Lippiensis urbem Lippiam*, atque tandem invaderent eam, cogitabant & eò consilia inibant, ut aliquid atrocius in concionatores Evangelicos tentaretur: Postquam vero *Ottho Comes Rithbergicus, Lippiaci Comitatus ex sorore nepos*, esset in castris avunculi, ipse se graviter opposuit utrique Heroi, magna cum gravitate dicens: Nolite vos Domini nocere unctis optimi maximi DEI, nolite etiam premere Prophetas Domini nostri JESU CHRISTI: Quia tota scriptura tam veteris quam novi Testamenti & historiae sacrae in Ecclesia DEI testatur, quam graviter sunt puniti, qui saevierint in synceros doctores & concionatores. Quod si fortè dixeritis, ipsos esse hæreticos, seditiosos & falsarios: Sed tale quid de Prophetis, de CHRISTO ipso & de Apostolis finxerunt adversarii, & ita ansum quaesiverunt eos occidendi: Hi boni viri prædicarunt, *neminem per missas*

& sua opera salvari, sed per fidem in CHRISTUM Salvatorem & filium DEI: Si hoc est hæresis, ergo CHRISTUS ipse, Propheta, Apostoli & primitivæ Ecclesiæ doctores sunt quoque hæretici: Ideo à vestro instituto desistite; quod si non feceritis, sed aliquid violentum in pietate CHRISTI ministros tentaveritis, tunc ego de ea re solenniter protestor, & ne mea presentia me tanti criminis reum & conscium faciam, statim exibo urbem, & sic mox curat adornari ad equitatum suos equos. Cum hoc persentiscerent isti duo Heoes, viderentque in hoc *Comite* serium & constantem zelum, statim mutarunt sententiam. Nam sic eos alloquitur, non eo animo vobiscum ingressus sum urbem, ut propter CHRISTI confessionem & fidem ulli vis & violentia inferretur, aut ministri CHRISTI & Evangelii doctores ulla ignominia afficerentur, vel etiam aliqui ex civibus, propter doctrinam veræ Religionis & confessionem CHRISTI, de vita periclitarentur, quia & ego sum eius confessionis, cujus ipsi sunt, quod etiam liberè coram vobis tanquam mundi Principibus confiteor: Non enim me pudet Evangelii. Et CHRISTUS liberè dixit: Qui me confessus fuerit coram hominibus, eum confitebor coram patre meo. Hac libertate dicendi & tam gravi oratione pii & Illustris *Comitis Othonis* sunt commoti duo proceres, ideo concionatoribus datur exeundi ex civitate libera potestas, & cum civibus quibusdam incarceratis mitius quam antea decretum erat à Consiliariis Heroum (nam bonis Heroibus nihil sinistri, quia uterque erat natura probus & honestus, est adtribuendum) ibi unum ex concionatoribus secum ducit in *Comitatum Rithbergicum*, nempe *Wilhelmum Capellium*, & eum adjungit pastori in *Nienfirchen* & alterum *Hermannum Hlewatam* profugum concionatorem, ministrum Evangelii constituit in oppido *Rithberg*. Novi quidem partim sub *Othone* patre & filio *Joanne* Comitibus pastores in *Rithberg* *Bernhardum Elbertum*, hominem disertum, cui mortuo successit vir doctus *Simon Hagemannus*, Lemgovienfis. In pago *Nienfirchen* diu fuit pastor, qui & ibidem mortuus est, *Jodocus Wetterus* pater, cujus filius ejusdem nominis *Jodocus Wetterus* egit cum laude *Cancellarium* & *Consiliarum* *Comitatus Rithbergici* & *Dominiorum Esensis* & *Wittmunde*, &c. Ubi postea pastorem egit *Martinus Olivarius*, Marchius, vir pius.

HISTORIA RENATI EVANGELII

In COMITATU REGENSTEIN.

Ulricus VI. & ejus filius *Ulricus VII.* Comites in *Regenstein* / semper *Lutherum* amaverunt ab initio, quando *Lutherus* inciperet Evangelium propagare, & ceperunt amplecti veram de Christo doctrinam: Ideo maturius profecerunt sui Comitatus Ecclesiis virum pium & doctrina gravem *Andream Davidem*, & *Eimbeca* evocant *Jodocum Otibonem*, ut ipse sit eis aulicus concionator: Verum ipsum petenti Senatui urbis *Halberstadia* Anno Domini 1540. liberaliter concesserunt. Mortuo Domino *Andraa Davide*, eligitur Superintendens Dominus *Leonardus Schwiegerus*, vir eruditus, & constituitur pastor in *Blancfenborg* & agit ibidem aulicum concionatorem *Georgius Forsterus*, & in *Westerhausen* est pastor *M. Thomas Lubenarius*. Et tam avi quam patris videlicet *Ulrici VII.* filii *D. Ernestus D. Borho* & *D. Casparus Ulricus*, Comites, ingressi sunt vestigia, foventes pietatem & pios pastores, sicut adhuc facit *Comes Borho*, & de ejus ex Domino *Ernesto* nepotibus optima spes est.

HISTORIA RENATI EVANGELII

In amplissimo COMITATU SCHOWENBORCH.

Eberhardus *Poppobomeus*, pastor in *Oldendorpio* oppido, cepit Evangelium de CHRISTO prædicare, germanicos psalmos canere, baptizare germanicis verbis infantes: Vigiliis, canonem & elevationem panis, aspersionem aquæ lustralis & alia Papistica & superstitiosa exercitia intermittere. Ibi vir senex & nobilis *Nicolaus Buschius*, qui suis rosariis solebat ingredi templum, audire missam quotidie, invocare sanctos, aspergere se aqua lustrali, accusat & desert hunc *Eberhardum Poppobomeum* ad Comitem. Hoc nomine *Comes Inclytus* & gloriosus *D. Otto* ingreditur urbem, audit utramque partem. Ibi consules & totus magistratus, Senatores, cives & omnes oppidani steterunt pro suo pastore contra *Nicolaum Buschium*, & *Eberhardum pastorem* defenderunt, & pro illo intercesserunt: Ita negotium, cum pro illo retinendo ad vitam fere certarent omnes, in dubio suspensum & relictum est à Comite *D. Otthone*. Interim accidit divinitus, ut *Illustris D. Ottho Comes Schowenborchicus* adjiceret ad secundas nuptias animum & ambiret *Ursulam*, sororem ce-

lebrum Ducum de Lunenburg: Ibi Illustrissimus Princeps *Francisco Ortho* cum fratribus *Henrico & Wilhelmo* ea lege huic Comiti elocatum voluit sororem *Ursulam*, ut aut ipse Comes sua conthorali *D. Ursula* in aula Evangelicum liberaliter alar concionatorem, aut liberum cursus Evangelicæ doctrinæ concedat. Ibi Illustris Comes *Ortho*, demortuis suis fratribus & Episcopis & Electoribus Colonienfibus *Adolpho & Antonio*, rotundè se declarat, quod ab Evangelii doctrina non fit alienus: Ideo honellè petit à Duce *Francisco Otthone*, ut ipsi assignet virum eruditum & pium, qui possit syncerum facere initium Evangelicæ doctrinæ propagandæ in suo Comitatu: Ideo circa Annum Domini 1558. ad se in aulam vocat Inclutus Princeps Dominus *Franciscus Ottho Jacobum Dammannum, Weiteberga* nuper reversum, & eidem Dammanno mandat à Principe *Francisco Otthone*, ut se ad habendam in aula Cellensî concionem præpararet, id obedienter in se suscipit *Jacobus Dammannus*, qui statuto tempore prodit & publice docet. Audita istius concione, petit Comes *Ortho*, sibi istum dari in aulicum concionatorem. Sic *Jacobus Dammannus* cum supellectile libraria proficiscitur in urbem ejus Comitatus primariam *Stathagam*, & ibi per tres menses docet in aula: Tandem ipse ab Illustri Comite *Otthone* traditur & committitur pastorale officium in eadem urbe *Stathagio*, ubi etiam suas solent habere sessiones Illustris Comites *Schoewenburgici*. Demum mandat Illustris Dominus *Ortho*, ut ubique Pontificia Sacra, nempe Missæ, Vigiliæ, Invocationes Sanctorum, & aliæ Superstitiones Papales intermittantur, & Evangelii doctrina ubique propagetur. In cœnobio Vestalium in *Oberenfirchen* restitit huic mandato *Præpositus* ibidem *Johannes Kostekenus*, Jure consultus, & ejus successor *Antonius Minschius*, multorum beneficiorum Ecclesiasticorum possessor & insignis Romanista & Curtisanus, qui tamen tandem contundebat. Permisit saltem senibus monachis ordinis observantiæ in monasterio *Starbargiano*, ut ad tempus suas missas clam in monasterio celebrarent & aliâ Papistica exercitia aliquantulum retinerent: Id quidem ipsis permittit usque ad Annum Domini 1560.

Quo anno singulis pastoribus curat commendari ordinationem Ecclesiasticam conscriptam à *Philippo Melancthone*, in usum Ecclesiarum *Mogapolenfium* Ducatus, mandatque singulis, ut juxta hanc & doctrinam illi diem expressam forment, & ritus Ecclesiasticos in ea præscriptos peregant. Postea serîo mandat *Monachis in Mollenbecke* (quod aliquoties antea optaverat ibidem pater *Johannes Cosfeldinus*, vir gravis, cui demore

tuo successit *Hermannus Weeningius*, vir doctus, qui hoc mandatum obviis ulnis accepit) ut, depositis omnibus Papisticis Sacris & superstitionis impietatibus abolitis, tantum pios psalmos canerent & ceremonias veram Religionem decentes, exercerent: Sic in eo celebri cœnobio instituitur *Schola*. Mox Illustris Dominus *Otho* constituit pastorem in oppido *Sinthelem Theodorum Heidemannum*, olim propter Evangelii doctrinam *Gandershemio* ejectum, & huic Heidemanno fuere ordine collegæ *Henricus Ruskampius* primò, deinde *Henricus Nethlerus*, tertio *Antonius Curius*.

Inclytus & generosissimus Comes *Otho* Anno Domini 1563. curat institui generalem per totum Comitatum *Visitationem*, & huic negotio præfecit viros graves, ex nobilibus *Johannem à Langen* ditionalem Satrapam, *Jacobum* & *Johannem Postios* & *Christianum à Lansberge*: Ex aulicis *Johannem Gogrevium* Cancellarium & *Henricum Croppium* Secretarium: Ex Ecclesiasticis *Jacobum Dammannum*, ut primarium pastorem & Inspectorem, *Eberhardum Poppelbomium*, pastorem in oppido *Osdendorff* / *Joannem Vordemannum* & *Theodorum Heidemannum*, qui omnes strenue omnia reformarunt & syncerè officium suum præstiterunt. Circa illa tempora erat vir doctus *Ludolphus Busius*, pastor in *Hulsen* / atque vir eruditus ac pius *Johannes Lodovicus*, pastor in *Seigelhorst*.

Hoc nostro tempore est in eo Comitatu amplissimo non tantum *Cancellarius* & *Consiliarius*, sed nutricius Ecclesiarum, & singularis patronus piorum ministrorum Christi vir verè magnanimus, consultissimus, magnificus pietate & eruditione Dominus Doctor *J. U. Antonius Wiershemius*, cui CHRISTUS suo spiritu adsit.

Deinde de nobilissimo Comite Domino *Adolpho*, Domini Illustris *Othonis filio*, nuper ad patrii Comitatus gubernationem feliciter accedente, ut pio & Inclyto Domino optima quæque speramus, quæ cedant ad gloriam DEI, ad ædificationem verarum Ecclesiarum & ad usum piorum CHRISTI ministrorum, & oramus eundem CHRISTUM, ut ipsi sua semper gratia adsit.

In STENVORDIENSI COMITATU instituit pius Comes *Arnoldus Benthemensis*, hujus avus, sicut dictum est, non minus Reformationem quam in Comitatu *Benthemensi*, &c.

Hos vero novii in hoc Comitatu concionatores præcipuos, ut *M. Johannem Bathenburgium*, in oppido *Stenvordio* eruditè docentem, & *Henricum Willium*, *Hammonensem*, in Bibliis versatissimum, in oppido *Schut-*

torpio evangelizantem: Interim de posteriori refertur, quod singulares opiniones habuerit, quod in medio relinquo.

Dicendum erat obiter quoque de vicino *inferioris Saxonie Comitatus STOLBERGIO*. In hoc oppido *Stolbergio* & per totum Comitatum habuerunt semper insignes & claros Ecclesie Doctores docentes, ut *Licentiarum Brunonem Welckerum*, *D. Wedekindum Lauchium* & *D. Haloricum Rispachium*, qui curavit suo sepulchro aeneis literis, quemadmodum adhuc hodie in templo *Stolbergenfi* ante summum altare conspicitur, hæc verba inscribi:

Domine sicut scis, sicut vis, sicut potes, & ego indigeo, miserere mihi.

Hoc dictum, dum viveret, semper versabatur in ejus ore. Hic *Rispachio* successit *Doctor Tilemannus Plattenerus*, sub quo primo clarè prædicatum est Evangelium de CHRISTO, & psalmi germanici cantati: Is in *Matthæum* erudita scripsit commentaria, quæ tamen non prodierunt: Hoc de illo conqueruntur, quod se nimium politicis negotiis immiscuerit: Credo hunc *Tilemannum Plattenerum* esse, cui post primos locos communes vel eorum primam editionem inscripsit *Melanchthon*. Huic demortuo successit vel frater vel nepos *Adamus Plattenerus*, qui circa annum Domini 1546. adhuc vixit, & is habuit successorem insignem poetam & scriptis clarum Doctorem Theologiae *Georgium Emilius*, *Mansfeldicum*, cui, licet viro doctissimo & bono & in simplicibus herbis dignoscendis magnifice versato, se semper ut homo inquietus opposuit istius collega *M. Xistus Amandus*, aulicus concionator, qui, cum forte prævaleret eloquio & esset homo inflatus, contemnitur *D. Emilius*, & tribulabat supra modum, ut tandem phthisi & apoplexia periret *D. Georgius Emilius*. *Emilio* aliquando collega erat *M. Johannes Prætorius*, qui sub pio Archiepiscopo *Coloniensi Hermanno de Weida* Evangelium CHRISTI *Andernaci* docebat, sed iste mox se contulit in *Comitatum à Ronnincstein*: ubi à pio Domino *Lodovico Comite Stolbergi* & *Konnincksteno* constituebatur *Superintendens*: Deinde collega *Emilio* fuit *Joachimus Schaubius*. *Stolbergæ* Scholam rexerunt primo *Johannes Spangenbergius*, editis publicis scriptis clarissimus, deinde *Martinus Hannus*, & *M. Simon Kleinsmedius*, deinde prædictus *Joachimus Schaubius*, *Adamus Wunderus* & *Antonius Probus*, insignis & jucundus poeta.

In hoc Comitatu claret, tanquam lumen, Reverendissimus & præclarissimus, multarum linguarum peritissimus & doctissimus vir Dominus *M. Michael Neander*, *Abbas dignissimus in reformato canobio Eistledensi*.

denſi, &c. cujus tam in Hebræa quam Græca lingua, multa præclara & utilia juventuti exſtant ſcripta: Nec hoc ſubticendum erit, quod ſub pio & optimo Epifcopo Coloniendi Hermanno, quando ille deponeretur, eſſet Metropolitana Eccleſia Coloniendi Decanus Henricus, Comes Stolbergicus, ita accidit, ut cum ſuo Domino iſte pius Comes paſſus ſit libenter ſuæ dignitatis deſignationem, ne quid contra conſcientiam ageret: Et fuerunt ſuntque adhuc ipſius fratres & nepotes viri Eccleſiæ DEI & piorum miniſtrorum protectores, D. Lodovicus, D. Albertus Georgius, Dominus Wolffgangus Erneſtus, Dominus Bodo, Dominus Johannes & Dominus Henricus junior, &c.

HISTORIA RENATI EVANGELII

In COMITATU TECKLENBURGICO & DOMINIO REDENSI.

Cum Conradus, Comes Tecklenburgicus & Lingeniſis, ac D. in Rheden/affinitate eſſet magnanimo & excellentiſſimo Principi Philippo Landgravo Hæſſiæ junctus, ille ex conſilio ipſius præ reliquis Weſtphaliæ Comitibus omnium primo ſuſcepit Evangelii doctrinam, nempe circa Annum Domini 1525. Curat quoque in ſuo celebri pago Lengeriſe/ubi in templo habebatur idolon Margarethæ ſacrum, vel ſtatua Margarethæ, quæ videbatur edere miracula, ad quam multi homines quotannis ſtatuto tempore ex peregrinis locis magno numero conſuebant, tale idolon aboleri, hoc eſt ſtatua Margarethæ, quæ multis erat propitia juxta Papistarum religionem, tolli, & deprehendit dolum Sacrificorum, quaſi coram vulgo ſtatua ſudorem emitteret, artificio quodam tale quid ad decipiendum vulgus adornantium: Ideo multorum in ſe invidiam excitavit: Nam ad hoc non aliter quam ad oraculum Delphicum concurrebatur, ideo Weſtphalus poëta Joannes Pollius in ſuis editis Epigrammatis, ad hunc Comitem Conradum de hac re ſcripſit:

Dum tua Margarides tolli ſimulachra poteſtas
Juffit, & obſcuro condier illa loco,
Ultra divinos illi ne impendat honores
Vulgus, & è ligno ſtebile poſcat opem.
Sed colat immenſi præſentia numina patris.
Diſcat & intento corde rogare DEUM.
Indolere homines, quaſtum quibus ille coloffus
Attulit, & gravidò dona recepta tholo:

Et

Et tibi Sacrifici maledicunt murmure juncto,
 O Comes, ò generis Nobilis aura tui.
 Sed tibi quam lacerat, quantum furit impia lingua,
 E cælis tanto gratia major adest.
 Impie quin igitur mentiri pergis abunde,
 Adsit ne Comiti gratia summa pio?
 Hunc DEUS è supera metuendus protegit arce,
 An petulans illi lingua nocere potest?

Carmen hoc *Joannis Pollii* celeberrimi poetæ fuit, cujus operam in Reformatione Ecclesiarum, sed etiam in Legationibus internum utebatur Comes ille.

Hic *Joannes Pollius* scripsit de tribus monstris Ecclesiam vastantibus scriptum aliquod carmine docto exaratum, quod publico elogio *Electoris Hessus* commendavit, quod huic *Conrado Comiti* dedicavit, & hic *Pollius* vir certe gravis & doctus, fuit huic Comiti *Conrado* primus in Evangelista, & commoratus est in oppido *Rheden* & magna cum laude præfuit Ecclesiis: Deinde vixit in hoc Comitatu *Jacobus Waldigenus*, qui electus erat propter confessionem Evangelii ex urbe *Lippia*.

Cum esset *Schmalckaldici* foederis hic Comes, non solum propter suam confessionem à *Duce Brunsvicensi* premitur, sed postea à *Christophoro Vrisherio* impetitur, & tandem illi eripitur *Comitatus Lingensium*, cum quatuor parochiis, pertinentibus ad *Comitatum Tecklenburgensem*, per *Mazilianum Comitem Burensem*.

Moritur hic Comes Anno Domini 1556. elocata prius unica filia *Anna Benthemico Comiti Everwino*, quo mortuo cum hæc *Domina Anna* esset vidua, erat ei aulicus concionator *Hermannus Macheropenus*, qui consecutus est aliquam Ecclesiasticam ordinationem Anno Domini 1562. in Ecclesiarum *Tecklenburgensium* usum, sed cum is in peregrinas opiniones incidere, dimittitur & abit in *Comitum Morsensem*.

Veteri jure & hæreditario subest arx & præfectura *Cloppendorchii* Comitatu, quam *Comiti Nicolao* ademit *Ostho*, natus *Comes Hoyensis* & *Episcopus Monasteriensis*. In hanc urbem & præfecturam intulit veram religionem *Franciscus Waldechianus Comes* & *Episcopus Monasteriensis* Anno Dni 1544. & illa reformatio duravit ibi usque ad hæc tempora. Dni novi pastores *Cloppenbergæ*, viros doctos & disertos, nempe *Henricum Seebam* & *Ledovicum Kipium*, & pastorem in *Zonigen* *Ptolomæum Langenborsianum* virum eximie eruditum.

HISTORIA RENATI EVANGELII

IN COMITATU WALDECHIANO.

Duo erant Philippi Comites, unus senior, pater Volradi Comitis, Philippi Comitis, Joannis & Francisci Comitum, frater Episcopi Monasteriensis & Osnaburgensis Francisci, qui erat quoque administrator Mindensis, & istius Philippi uxor erat Anna, nata Ducissa Clivensis: Alter Philippus junior, pater Samuelis, Danielis & Henrici Comitum: Hi ex mandato Illustrissimis Principis Philippi Lantgraviæ Hassiæ susceperunt doctrinam Evangelii satis mature (quo tamen anno id factum sit, ignoratur) interim ante annos plures quam quinquaginta in eo Comitatu amplissimo pure docuerunt M. Johannes Syringus, & Rothgerus Reinckerkius, viri docti & præcipui ex primis Doctoribus: His tertium adjunxit Philippus Senior Comes, nempe Joannem Trygophorum, ejectum ex Cænobio Nurnenherde sub nomine Ducis Clivensis Johannis, propter doctrinam Evangelii, quem ita ex fulem soror istius Ducis Domina Anna Philippi Senioris comhoralis secum duxit in Comitatum Waldechianum, & deinde addidit quartum aliunde evocatum Joannem Crusanum, M. Joannes Syringus in Waldegensis oppido Ecclesiastes fit, & ei erat collega N. Hevendergerus, vir doctus: Rothgerus Reinckerkius & Johannes Crusanus in oppido Mengerinckshausen docebant: Johannes Lycaula docebat in urbe Corbachio & Matthæus Tafchius in oppido Rade/ & Georgius quispiam in Landaw. Demortuis Rothgero Reinckerkius & Joanne Crusano, facti sunt Ecclesiastes in oppido Mengerinckshusen Theodoricus Raffelenböckius & Johannes Kleinsmedius: Johanna Trygophorus docuit in oppido Waldeck/ & parenti successere filii, nempe Reinardus & Jonas Trygophori. Hi omnes fuere præcipui doctores in hoc Comitatu ante Interimistica tempora: Capto verò Lantgravio Hassiæ Philippo, cum Electore Saxonie Johanne Frederico, tristis non tam in Hassiæ, quam in vicinis Comitatibus, præsertim in hoc Comitatu, Ecclesiæ erat facies. Et si genus doctrinæ non mutaretur, tamen quædam in religione, in cæremoniis & in ordine & decore per Ecclesias passim collabescebant: Fuerat doctissimus & pientissimus Comes Volradus, Philippi senioris primogenitus, in colloquio Ratisbonensi, ex instinctu Lantgraviæ & mandato Imperii Anno Domini 1546. unus vel inter præsidentes vel inter astantes, quando ab utraque parte tam pontificiorum quam Evangelicorum magno numero adessent Theologi, nempe Evangelicorum nomine Martinus Bucerus, Johannes Brentius, Eberhardus Snessius, Georgius Major (loco Philippi Melanchthonis agrotantis) Joannes Pistorius Niddanus, Vitus Theodorus &

Martinus Frechtus, & Fridericus Myconius: Tum etiam adessent à parte Papistarum, *Petrus Malvelda, Joannes Coclaus, Eberhardus Billichius, Johannes Hoffmeisterus, Ambrosius Pelargus, & similes*. Ibi disputarunt *Malvelda & Billichius contra Bucerum, & quia ibi inter auditores tuus fuerat Dominus Comes Volradus, ideo existente Carolo V. Cesare victore, multabatur quoque graviter Comes Volradus. Interim concessa nostris libertas religionis in Passaviensi conventu, & jam liberatis Principibus, incipiebant paululum respirare Ecclesiæ cum Doctoribus in Germania: Tunc quoque pii Comites *Waldechiani, ut Philippus, tunc senior, cum filio Samuele, & Volradus, Joannes, Philippus medius & Franciscus* prioris & jam dediti Comitis *Philippi filii, cogitare de aliqua Reformatione Ecclesiarum & depurgandis Ecclesiis ab omni macula, qua aspersæ erant per Interimisticam scabiem: Ideo in Quadragesima Anno Domini 1555. convocati sunt ad synodum habendam, & petierat interea Comes Johannes, Bernardus Lippiensis Comitis Sororius, ut in gratiam sui duos vellet Comites Lippienses ex concionatoribus Lippiacis mittere ad exornandam Synodum Waldechianorum pastorum: Sic ed ablegabantur Hermannus Humelmannus & Johannes Wilhelmus Torrentinus. Erant in ea Synodo præcipui ex Theologis duo *Tryphophori, Reinerus & Jonas* fratres, *Joannes Lycala, M. Hieronimus Hombergius Vrislariensis, Petrus Loho, Matthæus Tschelin, Bartholomæus Calvus, Justus Abellius, Stephanus Speus, Jodocus Manichæus, Johannes Mercator & Theodorus Raffelenbollus, &c.* Ex politicis aderant *M. Hermannus Ulnerus* (qui postea assumpsit gradum Doctoris in jure, & exitant ejus scripta) *Philippi tunc Senioris Cancellarius, & Hermannus Nollus* Sororius *Volradi Comitis Cancellarius*. Ibi habuit orationem *Ulnerus*: Tandem concluditur, ut omnes in sententia Augustanæ confessionis permanerent, & juxta veterem receptam, ante Interimisticam mutationem, ibidem Ecclesiis formam administrandi Sacramenta & exercendi caeremonias Ecclesiæ retinerent, vel, qui eam intermisisissent, reciperent: Prohibita etiam explicabatur, quantæ tenebræ per Interimisticam scabiem in Ecclesiam DEI invecitæ essent, omnesque monentur, ut gratias agerent DEO, quod abjecta servitute libertatem Dominus Germaniæ restitueret, & quoque tenebris remotis lucem Evangelii splendescere & reviviscere clementer permisisset: Utque in vera Augustanæ confessionis sententia immoti perstarent, semper alieni à phanaticis opinionibus, & ut Calvinianum Lutheri in omnibus exercerent Ecclesiis.**

Finita ea Synodo, in qua omnes hoc decretum comprobaverant: Tamen ubique manet disparitas caeremoniarum, & diversa precum forma

item discolor vestitus, atque variae observationes in dispensatione Sacramentorum hinc inde per Ecclesias videbantur, & alibi tantum cantiones germanicas, alibi partim latinas, partim Germanicas uno tempore habebant & tractabant: In multis etiam locis *Catechismi* sana doctrina & exercitium intermittebatur: Alibi alia catecheseos explicatio usurpabatur, & ex suspectis libris Ecclesiae proponebatur: Ideo haec res, cum innotesceret Gubernatoribus Comitibus, ut *Philippo seniori* tunc, & *Volrado* & *Johanni, fratribus*, valde zelo sancto ferventibus, & *Samueli Comiti*, eò concluderunt simul omnes, ut vetus ordinatio Ecclesiastica Comitatus diligenter inspiceretur & expendere, quomodo ei pro ratione temporis & conditione Ecclesiarum aliquid addi aut adimi posset? Itaque priores Theologos, exceptis *Lippiensibus Theologis* & *Hieremia Hombergo* & *Petro Lobo*, qui tunc non amplius agebant in hoc Comitatu, convocant ad certum diem Anno Domini 1557. Comites praedicti, & his adjungunt ex politicis Consiliariis *Hermannum Ulnerum*, jam J. U. Doctorem, *Cancellarium D. Philippi* tunc *Senioris*, *Hermannum Nellium Sperantem*, *D. Volradi* docti Comitis *Archigrammateum*, & *M. Nicolaum Weigelium*, *Secretarium D. Samuelis Comitis*: Illi omnes, de mandato Comitum Illustrium, deliberant de certa aliqua ordinatione contextenda, & tandem certam *Agendam* conscribunt, quae mox sub nomine & mandato quatuor praedictorum Comitum, ut *D. Philippi*, *D. Volradi*, *D. Joannis* & Domini *Samuelis Comitum Waldechianorum* publicatur per typos, *Marpurgi* expressa. Et sane ordinatio Ecclesiastica illa ipsa, utilis, pura & sincera, in qua ne quidem adversarii aliquid reprehendere possent, tantum, quod conquerantur nonnulli, quasdam preces esse nimis prolixas, & alibi nimias ceremonias probari & urgeri. Circa Annum Dni 1558. vocatur in *ministrum Ecclesiae urbis Corbachii*, & datur collega *Johanni Lycaula M. Michael Jacobinus*, vir doctus & acutus: Qui magna cum gratia docuit, & propter dona in pretio etiam apud Inclytos Comites fuit. Ideo, cum anno sequenti videlicet Anno Domini 1559. Illustris Comes *D. Johannes* decrevisset aliquem Theologum mittere ad *Synodum in Comitatu Lippia celebrandam*, hunc unum praereliquis eò ablegandum censuit, ideo ad Comitum Lippiacum ablegatus, ibidem in Synodo cum laude versatus est, & cum *Hamelmanno Licentiate*, *Pideritio*, & *Cotio*, & cum legato *Theologo Comitis Hoyensis D. Alberti*, *M. Adriano Buxschotio*, multum locutus est: Et quando finis Synodo isti in Martio celebrata imponeretur, reversus est domum ad *Corbachianos*: Ex ea legatione forsan hic bonus vir factus insolentior, cepit multas novas quaestiones in Ecclesia alibi vi-

ris doctis, & suo etiam collegæ *Lycaula* movere, ut in talibus moribus curiosus semper fuit & est. Anno Dni 1561. cœpit publicè pro concione docere *Christianorum liberos esse simpliciter salvos & sanctos in uteris matrum pronuncianos & censendos*, quod voluit probare ex dictis *Pauli 1. Cor. deinde ex cap. 11. ad Romanos & cap. 18. Matthai*, atque dicto *Genesi cap. 22.* ideo & baptismum muliebrem, quæ fit tempore necessitatis, docuit esse supervacaneum. Ibi *Johannes Lycaula*, ut senior & verus pastor, se proponit, ostendens ex *Psalm. 51. & cap. 2. Ephes.* nos omnes concipiendos in peccatis & esse filios iræ, ideo omnes opus habere baptismum, quod si simpliciter pueri in uteris matrum essent salvi, tunc quoque (si jam lucem editi non opus haberent regeneratione baptismatis: Nunc vero necessariò baptizari debere infantes propter originale peccatum, necidant gratia & salute Christi, non percepto baptismò. Neminem enim nisi renatum ex aqua & spiritu ingredi in regnum cœlorum. Quod vero ad locos citatos à *Jacobino* attinet, ad hos sic respondet *Lycaula*, locum *1. Corinth. 7.* per Scholia marginalia rectè & commodè explicari à *Luthero*, qui non sit nostræ sententiæ contrarius: Dictum vero *Pauli Romano* intelligendum esse pro spe Judæorum adhuc salvandorum & recipiendorum contra superbos Christianos: Deinde Christum apud *Matth. cap. 18.* non loqui de fructu ventris nondum nati & editi, sed de jam natis & ad lucem prolatis: Et quod *Deus* loquatur *Gen. 17.* ad *Abrahamum* minime de femine inanimato, sed de credentibus, & ut ait de femine superflite potest, ut textus habet. Ideo ait *Lycaula*, semper manet firmum, quod *Jesus* dixit: Quis potest ex immundo semine conceptum, facere mundum, nisi tu solus? Nos verbo igitur & Sacramentis mundos facit CHRISTUS, interim cum per verbum nondum possit applicari gratia CHRISTI infantibus: Ergo merito ipsis totum hoc per Sacrum baptismum applicatur.

Jacobinus proferebat *D. Andrea Hyperii* & aliorum in *Marpurgensi Schola Professorum Theologorum*, item *Tigurinorum*, *Calvini* & *Bullingeri* testimonia pro se facientia: Contrà protulit *Johannes Lycaula* primarius *Hassia* Theologi *Johannis Pistorii*, pastoris *Niddani*, pro sua sententiâ apertum & candidum testimonium, approbans sententiam *Lycaulæ*. Idem fiebat in *Schola & Academia Erphurdensi* per Theologos: Et à *Johanne Aurifabro* ibidem pastore, qui morienti adfuit *Luthero*, à quo comprobatur *Lycaulæ* sententiâ: quod etiam factum est in *Academia Rostochiensis* & *Rostochiensis*, atque in *Thuringia* per *D. L. Nicolaum Amadorianum* quorum testimonia, sicut & *Lutheri*, *Pomerani* & *Urbani Rhegii* clara prædictus protulit *Lycaula*: Interea neuter voluit cedere, sed uterque pro-

vocavit ad Synodum: tandem cum negotium devolveretur ad Illustres Comites, committunt prædictis suis Theologis negotium; Isti, cum in synodo convenirent, & interea clam in suam pro sui ingenii acumine sententiam pertraxerat juniores *Trygophoros Reinardum & Jonam Jacobinus*, & paulo ante esset *Reinardus* cum *Lycanlain* generalem totius Comitatus *Supperintendentem* vocatus, destinatus & constitutus, ideo gloriæ cupidus *Reinardus* imprimis urgebat, ut oprimeretur *Lycaula*: verum licet *M. Hieremias Hombergius* pro *Lycanla* graviter ad Synodum scriberet, tamen istis præteritis, tametsi reclamarent *Theodorus Raffelenbollejus* & *Johannes Kleinsmedius*, tandem *Trygophori* majorem partem in suam pertraxerant sententiam ex pastoribus, ideo pro *Jacobino* contra *Lycanlam* pronuntiatur, hoc est, se ita Sacramentarios declararunt. Ibi plane in illa Synodo Calvinistico more *Baptismus* definebatur & describebatur, quam graviter reprehendit ex fontibus *Scripturae* & *Catechismo Lutheri* *Lycanla*, & cum res in disputationem delaberetur, *Lycanla* non prævaluerunt *Trygophori*, qui *Lycanla* ad *Academiarum*, quæ sunt *Wittenberga*, *Lipsia*, *Rostochii*, *Tubingia*, *Jhena*, & *Erphurdia* Theologos provocavit, sed prævalere sententiæ ex instinctu *Trygophorum*: Et sic tandem quoque est conclusum, ut abdicaretur ministerium *Lycanla*, qui postea vocatur à *Susatensibus* & ibidem Ecclesiasticum suscepit officium. Cùm vero Synodales isti declamatores & conclusores cognoscerent *Lutheri*, *Brentii*, *Bugenbagii*, *Urbani Rhegii* & præcipuarum Saxoniae Ecclesiarum sententiam ipsorum conclusioni esse contrariam, ideo se nunc in has, nunc in illas partes mutabant & nutabant; Tandem *Politici* antea nominati *Consilarii* & *Cancellarii* non minus quam *præcipui Theologi*, exceptis *Trygophoris*, se excusant apud *Lycanlam*, qui à Synodo provocaverat ad ipsos Comites. Ut verò fierent Ecclesiæ magis pacatæ, & placatæ præter Synodi expectationem, ipsi Comites pro sua pietate, sicut erat *Johannes Lycanla* dimissus, dimittebant etiam *Michaelem Jacobinum*: Ut sic toti controversiæ finis imponeretur. Mox de consilio Illustris & doctissimi Comitis *Volradi* vocatur ad munus Ecclesiasticum in urbe *Corbachia* *M. Georgius Nymphius*, vir doctus & in musicis exercitiis imprimis versatus, cui accessit coadjutor *Zacharias Bictor* / vir quoque eruditus.

Omnium modo piorum pastorum oculi sunt intenti in Illustres & Generosos Dominos *D. Guntherum*, *Samuelis filium*, Dominum *Franciscum III. Johannis filium*, & Dominum *Josiam Volradi II. Comitis* doctissimum filium, ut suos & veræ Ecclesiæ nutricios Comites & patrii Domini gubernatores splendidos, quibus Christus adsit suo spiritu, Amen.

Brevis

HISTORIA RENATI EVANGELII

In VICINO WESTPHALIAE COMITATU de WITGESTEIN.

ERat magnus & perpetuus persecutor veræ doctrinæ & Evangelicorum ministrorum *Georgius à Seen/ Comes in Witgenstein/ & Dominus in Homberg/ primo Cappelarius deinde Decanus Metropolitanus Coloniensis, & Præpositus ibidem ad S. Gereonem, ad Apostolos & alibi, ut nempe ex beneficiis Ecclesiasticis, qui unus pro sua verutia cum seorsum Canonicis, inter quos tunc erat Joannes Gropperus, hoc effecit, ut pius Episcopus Hermannus de Weidda Comes natus, cum usque ad senium bene Ecclesiæ Coloniensi præfuisset, per multos annos & Electoratam ibidem semper cum laude administrasset ad annos 32. atque anno Domini 1547. deponeretur: Tunc magna cura egit apud fratrem *Wilhelmum*, ne quicquam ex Lutheranorum scriptis legeret, tantum abest, ut dogma Lutheri in suis propagari curaret: Interim præter & citra hujus Pontificii hominis opinionem, dum adhuc ipse *Decanus Georgius* superstes esset, ex quotidianis precibus, piis monitis & interpellationibus assiduis sanctæ & illustris matronæ conjugis sue *Joannetæ*, natæ *Comitissæ de Hsenboog*, quibus accedebant filii doctissimi & Inclyti, ut *D. Wilhelmus junior, D. Ludovicus & D. Georgius*, ut tandem per conjugem Illustris genere & virtute, atque per excellentes prosapia & doctrina dotibusque variis Comes juniores commoveretur pater *Wilhelmus*, & eò dirigeret negotium, ut scriberet ad *Adamum Krafftium*, præcipuum tunc temporis Theologum senem quidem in *Hassia* & gravem, atque ab ipso peteret sibi honestum & doctum aliquem virum mitti ad Reformationem Ecclesiarum suarum: Ideo in Comitatum de *Witgenstein* ablegatur ad Comitem *Wilhelmum* vir doctus & eximius *M. Nicolaus Cellius*; Hujus *Cellii* opera in visitandis & reformandis Ecclesiis utitur pater *Wilhelmus*, & demortuo filio *Wilhelmo juniore*, post patrem, istius fidem & diligentiam probavit *Lodovicus* Comes, heros citra controversiam doctus & pius, prudentia & divitiis excellens. Quando verò revocaret ut suum Stipendiarium *M. Nicolaum Cellium* clarissimus *Hassia Princeps Philippus*, statim *D. Lodovicus* Comes de consilio fratris *Georgii*, Præpositi Metrop. Coloniensis, in Superintendentem *M. Casp. Coryleum* vocat, qui *Coryleus* etiam pastor *Arvidensis* constituitur. Est etiam in pago *Rummelmoit* pastor *Paulus Aspe* cujus Germanica exstant commentaria in *Danielem* Prophetam cum annexo Chronico *Tigurini Theologi* solent erudito *D. Lodovico* Comiti plerumque sua scripta dedicare, unde conjici potest, cujus sit sententiæ ille heros; interim nihil hîc pro certo affirmamus.*

SECUNDA PARS

HISTORIÆ
ECCLESIASTICÆ
RENATI EVANGELII

Per
INFERIOREM SAXONIAM
& WESTPHALIAM.

In qua describuntur
ECCLESIAE,

Quæ sunt
In DUCATU BRUNSWICENSI & LUNEBURGENSI,
Deinde in URBIBUS

GOSLARIA, MAGDEBURGA, HALBERSTADIO, BRUNSWIGA,
LUNEBURGA, HAMBURGA, QUEDLENBURGO, GOTTINGA,
HILDESIA, HANNOBERA, EIMBECCA, HAMELONIA,
& NORTHEMIA, &c.

Ubi etiam pauca de ECCLESIIS
DUCATUS MEGAPOLENSIS ac HOLSATIÆ, & de URBIS
IMPERIALIS LUBECÆ ECCLESIA recitantur.

Auctore
HERMANNO HAMELMANNO, Sacræ Theo-
logiæ Licentiato, & modo Superintendente in Comitatu
Aldenburgico.

Anno Domini 1587.

ILLU-



ILLUSTRISSIMIS & EXCELLENTISSIMIS PRINCIPIBUS, &
PRÆSTANTISSIMIS DUCIBUS
& DOMINIS

Domino JULIO, Heroi Potentissimo,
ejusque *filiis* reverendissimis

Domino HENRICO JULIO,
Episcopo Halberstadensi, &

Domino PHILIPPO SIGISMUNDO,
Præsuli Mindensi & Verdensi:

Deinde LECTISSIMIS PRINCIPIBUS & INCLYTIS DOMINIS

Domino ERNESTO, Domino CHRISTIANO
(Curlandiae Principi) &

Domino AUGUSTO, optimi præstan-
tissimi & piissimi Principis,

Domini WILHELMI, filii,

Ducibus Brunswicensibus & Luneburgensibus:

Atque vicinarum Regionum Principibus & Dominis
amplissimis, &c.

Dominis suis clementissimis, & Nutritoribus Ecclesie
CHRISTI laudatissimis:

Nec non

REVERENDO, NOBILI & EGREGIO PRÆLATO,

Domino CONRADO de BOITMAR,

Generosi & liberi *Monasterii* vel *Phrontisterii* in celebri
urbe *Luneburga* Præsuli & Abbati dignissimo,

Domino sibi observanter colendo;

Deinde

EXCELLENTIBUS, NOBILIBUS, MAGNIFICIS, EXIMIIS, & PRUDENTISSIMIS

DOMINIS,

Dominis CONSULIBUS & SENATORIBUS

Celebrium & inclytarum urbium, ut *Goslarie, Halberstadii, Brun-*
swige, Hamburga, Luneburga, Gotinga, Hildesia, Hannovera,

Einbecca, & Hamelonia, &c.

Suis Dominis observandis, & Ecclesiarum Christi Nutritoribus
piissimis & præcipuis.

Dulcissima est, Principes Serenissimi & Patres patriæ præstantissimi, memoria eorum, qui in pietate & vera religionis negotio promovendo bonam operam posuerunt. Ideo etiam placuit Spiritui sancto per suum Organon & Cancellarium Lucam Evangelistam, historiam Ecclesiasticam renati in Judæa Evangelii de Messia Salvatore Domino nostro JESU CHRISTO, filio DEI, non solum pertexere, sed etiam aliam deinde historiam propagati Evangelii de JESU CHRISTO, ab ejus ascensione, per orbem terrarum undique congerere; Quæ & Hierosolymitanæ, Antiochenæ, & reliquarum urbium brevem historiam continet, & de præcipuis columnis & Doctoribus Ecclesiarum præter Apostolos refert. Imo eadem Lucæ historia etiam aliquot pios patronos & Nutritios piorum & Ecclesia recenset, sicut quoque Tyrannidem impiorum, & persecutiones & pericula sanctorum describit. Ubi vero Lucas desit, ibi incepit pertexere historiam Ecclesia Eusebius usque ad sua tempora. Quæ verò post Eusebium in Ecclesiis acta sunt, feliciter continuando deduxerunt Rufinus, Socrates, Scholasticus, Theodoretus, Hermias, Sozomenus, & post illos Evagrius Scholasticus, & quadam istorum congesit Nicephorus, Calixtus, Theodorus Collector. Sed post eos, Græcarum Ecclesiarum historiam contexerunt Zonaras, Cedrenus, Nicetas & Nicephorus Gregoras, alique. Sic historiam Ecclesiasticam Ecclesiarum in Italia Africæque partim Cyprianus & Tertullianus suo tempore suis scriptis, partim Rufinus, Augustinus, Ambrosius, Leo, Gregorius, Hieronymusque suis operibus obiter inseruerunt. Interim ex professo eam tractarunt Rufinus, Orosius, Cassiodorus, Paulus Diaconus, Antonius, Vincentius, Platina & Hermannus Contractus. Persecutiones Ecclesiarum Africanarum sub Vandalicis Tyrannis ex professo descripsit victor Uticensis. Anglicarum Ecclesiarum historiam nobis Beda, Polydorus Vergilius, Johannes Balæus & alii dederunt, Gallicarum Ecclesiarum historiam Severus Sulpitius: In primis Gregorius Turonensis, Annonius, Adon, Ganguinus & Æmilius. Germanicarum Ecclesiarum historiam præter Hermannum Contractum, Anthonium & Vincentium, Rupertus, Tuicentis, Witekindus Corbiensis, Lambertus Schaffnaburgensis, Sigebertus Monachus, Rupertus, Abbas Montis, Ottho Frisingensis, Conradus Abbas Urspergensis, Aventinus, Cuspinianus, Nauclerus, & alii ante nostra tempora conscripserunt: In primis verò Albertus Kranzius historiam propagati Christianismi per Vandaliæ, Inferiorem Saxoniam & Westphaliæ in sua historia Ecclesiastica, quæ dicitur Metropolis, continuando absolvit: Sicut & Helmoldus ante Krantium historiam gentis Henetæ converse ad Christianismum, & quæ apud Sclavos & Danos in Ecclesiis

acciderunt, pertexuit, quod in regno Daniæ absolutius isto Saxo Grammaticus fecit, imo qua Krantius habet, fidelius & absolutius contexit Albertus Abbas Stadenſis, cujus Chronicon nobis dabit M. Reinerus Reineccus Steinhemius, studiosissimus historiæ vir.

Hos omnes imitatus, in primis verò Alberti Krantzii vestigia in hanc historiæ Renati inde ab initio prædicationis divini Doctore Lutheri Evangelio JESU CHRISTI, usque ad tempora anni Domini 1566. antea finem anni Dni 1570. diligenter longotempore & magnis meis sumptibus conscripsi & conscripsi multis de causis.

Si enim Franciscani Monachi olim magna volumina, & inter ea multa fabulosa, de suo Francisco pertexerunt, sicut alii monachi de suo ordine de suis autoribus & patronis, ut Dominicani de suo Dominico, alii de aliis sua secta autoribus prolixos quoque libros collegerunt & voluerunt. Quanto magis nos decuit, illos viros, qui de auditoribus CHRISTI, de populo DEI, & de Scholis in sanis CHRISTI Ecclesiis bene meriti sunt, ad annos sexaginta, ne illorum memoria apud posteros periret, celebrare & posteritati commendare? Etsi sperassem, alios me & doctiores & diligentiores jam dudum prodiiſſe, qui talem operam præstare Ecclesiæ potuissent, quem hodie cœlestis Davidem Chytræum (quo absolutiorem historicum hoc tempore in Europa inter vivos, ne dum in Germania, non novi) Theologum doctissimum, cujus acutissimo judicio hanc secundam & reliquas sublequentes partes nostræ historiæ Ecclesiasticæ submittimus corrigendas, atque ipsam reverenter oramus, ut qua hic desunt, & ego habere non potui, supplet dignitate. nunc senex hæc mea qualiacunque ante mortem publicare volui, qui præ occasione cogitandi latius de tali historia, & continuanda & comexenda non possem.

Hanc verò historiæ nostræ Ecclesiasticæ non aliter V. Illustriss. Celsissimi (Principes Incliti & Magnanimi) atque Sozomenus suam historiæ Ecclesiasticæ olim Theodosio Juniori Imperatori pientissimo; Imo vobis quoque (Patres patriæ magnifici & gravissimi Consules & Senatores in Urbibus Saxonis) non aliter quam Lucas Evangelista suo Theophilo. suæ historiæ dedicavit, reverenter inscribere volui.

Potentissime & longe amplissime Princeps, Domino JULI, Domine clarissimè, in vestra familia Illustrissima & Ducali senſi V. Celsi, jam à multis annis benedictionem divinam. Nam Vestra Cels. abavus Dux Wilhelmus, Princeps bellicosissimus & fortunatissimus, septem Comitatus vestræ amplissimi ditioni adjecit & sibi suisque subegit. Avo vestro Duci bellicoso Domino Henrico Seniori accessit dimidia pars præfecturæ urbis acarcis Gandæsiæ &

urbs Helmstadium, *Herot*, inquam, hostibus formidabili. Parens vero ve-
 ster Henricus Junior, *Heros egregius*, cum suo patruo Erico Seniore, ditio-
 nem pene totam Hildesimensis Episcopatus subegit. Imo *V. Illust. & Se-
 reniss. Cels.* voluit DEUS in primis constitui heredem paternarum & avitarum
 Regionum, & te Dominum & Principem potentissimum, tanquam lumen in
 tua Germania, imo in toto etiam mundo exaltavit: Ideoque ad eam devolvit
 etiam dimidiam ampliss. Comitatus de Hoya ac Brochusen partem: Atque
 demortuo propinquo vestro Duce Erico, tam divitem ipsius ducatum ac regio-
 nem opulentissimam & populosam, *V. Celsitud. Inclytæ*, quasi in manus tradidit
 DEUS optimus maximus, ut jam in vestro illustrissimo Stemmate Ducali post
 potentissimum Electorem Henricum Leonem (ex quo vestra familia serene-
 tissima & Inclyta suum Augustum Stemma trahit) nullus unquam Principum
 ac Ducum Brunsvicensium vobis potentior extiterit. Merito igitur DEO gra-
 tias agendo bonam operam collocat *V. Sereniss. Cels.* dum in initio gubernationis
 sue primum regnum DEI quaerens, reformari curaverit Ecclesias & collegia,
 Scholasque, hinc inde & CHRISTO Regi gloria portas suas aperuerit: Tum quo-
 que Pädagogium primò Gandesii ordinaverit, deinde juxta exemplum opti-
 morum Germania Principum, ut Frederici III. Elector. Saxoniae, qui Scho-
 lam Witebergensem fundavit, tum Electoris Brandenburgici Joachi-
 mi I. (avi *V. Cels.* conjugis *Serenissime Heilwigæ*) fundatoris Academiae
 Francofortianae, deinde Philippi Hassiae Principis Academiae Marpur-
 gensem constituentis, denique Johannis Frederici I. nati Electoris Saxo-
 niae, qui Jhenæ universitatem ordinavit, praclaram universitatem à suo
 nomine insignitam nomine Juliam in urbe vestra Helmstadio instituerit & or-
 dinaverit: In qua sumptuose alit clariss. & de Ecclesiis Saxonicis bene meritum
 Theologum Dominum D. Tilemannum Heshusium, cum collega eruditissimo
 Domino D. Daniele Hoffinanno, atque alios Professores in omni facultate &
 artibus ac linguis doctissimos, inter quos etiam micat Reverendus vir Dominus
 Basilius Satlerus. Cum igitur ita extem *V. Ampliss. Cels.* in Ecclesias & Scho-
 las merita maxima, censui de jure & quidem merito ea non esse subicenda.
 Deinde hic quoque cognoscat *V. Cels.* quomodo in vestra *Sereniss. Cels.* urbibus
 splendidis & Primariis, ut Brunsviga, Gottinga, Hannovera, Hamelonia &
 Northemia renatum sit Evangelium: Sic etiam in prima parte explicui, quo-
 modo in vestro Comitatu Hoyensi renatum sit Evangelium CHRISTI. Ideo ad
V. Illustiss. in primis *Cels.* debui hanc destinare historiam, quam pro sua Inclyta
 clementia pie suscipiet *V. Illustiss.* serenitas. Simili de causa & *V. Illust. Cels.*
 Reverendiss. ANTISTES HALBERSTADIANE, Princeps *Sereniss. &
 Dux colendissime*, inscribitur Secunda pars nostrae Ecclesiasticae historiae mul-

ris de causis, eamque vobis submisit offero, ut videat non solum, quid in vestris
 avitis Ducatibus per Ecclesias sub vestro Illustriss. Patre Duce Julio actum sit,
 sed quid sub avo quoque vestro, bellicoso Principe & Magnanimo Duce Hen-
 rico Juniore, (quia V. Cels. avi & patris nomen referi) & quid sub cognatis
 Cels. Ducibus D. Erico Seniore & Juniore quondam in amplissimo Ducatu
 Brunsvicensi Inferiori, hinc inde, & sub ducibus similiter cognatis
 rentia causa de Grubenhagen dictis, videlicet sub D. Philippo Duce patre
 & sub filiis ejus Ducibus D. Ernesto, Wolffgango, & D. Philippo Ducibus
 gloriosis in negotio religionis praestitum sit. Accedit & hoc, quod hic histori-
 Ecclesiasticam renati Evangelii in vestra urbe Halberstadii referam. Eadem
 causa me quoque commovit, ut V. Illustriss. Cels. amplissime D. ANTONIUS
 MINDENSIS & VERDENSIS, D. PHILIPPE SIGISMUNDE, qui
 patris bellicosi Principis Juvenis D. Philippi magni & avunculi vestri
 lissimi Archiepiscopi Magdeburgensis Sigismundi, nomen referi, hanc
 partem in scriberem, ubi agitur, quomodo in avitis vestris Ducatibus crevit &
 initium sumpsit doctrina Evangelii, veluti & in posterioribus partibus hujus
 historiae aliquando Mindensis vestrae Ecclesiae plantationem & fundatio-
 nem dabimus, ita in tertia parte dicitur, quid Verdæ actum sit. Ideo pro
 vestra singulari clementia D. D. Illustriss. V. Cels. (qua pietas & singulari eru-
 ditione à pueritia, sicut Timotheus; veluti mihi & multis aliis non quae
 oculatis testibus constat, probe imbuta & exculta sunt) assumam humaniter &
 clementer hunc nostrum laborem.

Cur verò V. quoque Cels. & Clementiss. Illustriss. Principes & fratres Domi-
 ne ERNESTE, D. CHRISTIANE, & D. AUGUSTE, hanc historiam
 stram Ecclesiasticam simul destinaverim, hac est causa, quod vestra Cels. au-
 tam paternus, quam maternus, magno & vero serioque zelo, & magna pietate
 propagaverint & plantari curaverint per sua regna & Ducatus doctrinam Evan-
 gelii, & ita quoque Ecclesias suarum ditionum pulchre reformaverint. Chri-
 stianismus Rex Daniae Christianus III. sanctae memoriae, in hoc totus incubavit
 ut per sua regna (sicut antea in Holfatia & Schlesvicensi Principatibus suis
 non minori zelo fecerat) amplissima, Ecclesia reformarentur, doctrina Christi
 propagaretur, & ut Bibliorum lectio in istorum Regnorum patrio idioma ex-
 ret, & legi posset: Atque demum religionis propagandae causa Academia
 Hassniensem instituit, & praclara & pietatis plena negotia multa semper
 tota vita, sicut olim David Rex, exercuit, & tandem ex hoc seculo praclarum
 exitum & optatum finem consecutus est, obdormiens in CHRISTO placide: Qui
 dicam de avo vestro paterno? Nonne ille cum fratre Domino Francisco, in-
 gerrimo Principe, ausus est cum paucis aliis Principibus longe potentissimis, &

tunc doctrina Evangelii adversario, summo, inquam, Monarcha, & tanto Regi Caroli V. Cæsari, anno Dni 1530. offerre nostrarum Ecclesiarum confessionem Augustæ? Unde illa adhuc nomen habet, & ubique isti confessioni V. Cels. avi paterni D. Ernesti & ejus fratris D. Francisci nomen subscriptum extat in Ecclesiis & extabit etiam apud posteros: Quia curaverat V. Cels. avus, Princeps optimus & prestantissimus Dominus Ernestus, ante oblationem prædictæ confessionis, & etiam post eam oblatam diligenter visitari & reformari Ecclesias, atque veram ubique de CHRISTO doctrinam propagari. Ideo inter sui temporis Principes nuntiores Ecclesiæ præcipuus est recensendus. Ideo in hac, ut etiam in priori & in sequenti parte nostra, ipsius sit præclara mentio. Quo verò tanto commodius ille pius Dux Ecclesiis prodesset, magnis sumptibus ad se pertraxit D. Urbanum Regium, Theologum præcipuum, ex urbe Augusta, eumque in usum suarum Ecclesiarum & vicinarum, quam diu superesset, liberaliter aluit. Qui Doctor Urbanus ejus Cels. & toti vestre ditioni ornamento fuit vivus. Nam lumen inferioris Saxonie inter Doctores Ecclesiæ censebatur. Avi vestri piè in Domino demortui vestigia ingressus est optimus & piissimus filius V. Cels. parens D. Wilhelmus, verè Ecclesiarum & ministrorum CHRISTI nutriticus, amator & clementissimus fautor, qui acceptam à parente pio piam & veram religionem non minus atque paternum Principatum, pure & incorrupte retinuit, constanter in ea perstat, & omnibus Christiano Principe dignis virtutibus ornata & exulta est: Atque multa piis Theologis beneficia exhibuit, multaque hodie in usum suarum Ecclesiarum præstat. Ideo etiam benignus pater Domini nostri JESU CHRISTI, vestro parenti Illustriss. benedicit, facitque eum possessorem dimidii Comitatus Hoyensis & totius Deipholtiani legitimum & verum, & ipse benignus pater per CHRISTUM filium affatim sua benedictione ornat & ornabit vestrum Inclytum parentem cum in hac, tum in æterna vita. Accessit etiam T. Cels. CHRISTIANE Princeps Inclyte Ducatus Curlandæ ex ejusdem DEI beneficio, quem vobis gratulor.

Cum igitur hic videatis, Principes juniores Inclyti, initium & progressum veræ Religionis in Ecclesiis vestris per amplissimum Ducatum Luneburgensem, & in V. Cels. urbe Luneburgensi, sicut antea in prima parte descripsi historiam renovati Evangelii in Comitatibus vestris Hoyensi & Deipholtienfi, (in qua fit nominatim & avi & patris vestri, ut Principum optimorum, honorifica mentio) volui etiam hanc partem V. Cels. reverenter inscribere, & hortari eas, quæ primò ab Hectore Frederico, deinde ab Eilardo Segebadio, viris reverendis, claris & pietate ac eruditione celeberrimis ad veram pietatem & literas assuescunt, & modo in Academiis versati sunt, ut ingredi dignentur vestigia utriusque pii avi tam Paterni, quam Materni, Principum æterna memoria

dignissimorum, & pii Patris vestri, Ducis optimi, sintque & manant vestra
Celsi nutritores Ecclesiarum CHRISTI, & propagatores vera de DEO doctrinae.
Id quod factum continuandum vos etiam reverendus, clarissimus & eloquen-
tissimus Theologus M. Christopherus Wischer / Senior, V. Celsi, Ecclesiarum
supremus Superintendens, qui magno & patri vestro Illustrissimo, & V. G.
Celsi, atque toti dittoni ornamento est, sine dubio semper hortatur.

Quod deinde ad tuam R. dignitatem attinet, propterea hanc nostram Episto-
liam Reverende & Nobilis Antistes, Domine CONRADE à BOITMÄR,
vobis inscribo, quod hic etiam V. R. D. legere poterit, quomodo sit refrenata
in Generoso vestro Monasterio facta, & quales antecessores habueritis. Quo-
rum vestigia V. R. ingredietur, qua aliàs celebri & veteri Nobilitate de
progenie nata est. Deinde volui illam dignitatem novam gratulari vobis, qua
sit vobis felix & fausta, Amen.

Quare etiam, præclarissimi piissimi & præstantissimi Domini CONSUL-
LES & SENATORES consultissimi, imo Patres patria, & præcipua Saxo-
nia inferioris urbium rectores, ad V. Prudentiam & præstantiam dignitatem
nostram historicam Ecclesiasticam renati Evangelii per vestras & patrum urbium,
facile eadem possunt certa conjectura assequi: Singulis gratum esse & utile iucun-
dum censemus, quid patrum & avorum vel antecessorum nostrorum tempore in
Patria acciderit, & quatenus vera doctrina in vestris urbibus plantata sit & pro-
pagata? Hac & similia, cum sperem vobis grata fore, ideo talia de vestris Eccle-
siis & primis vestris Evangelistis hic legere potestis. Et necessarium est patrum
urbium civitatum scire, quatenus majores eorum semper commode gubernati-
onem instituerint, & quid præclare fecerint, cum in exornandis Rebus publicis
in Religionis negotio promovendo: In primis, quomodo in sana & incorrupta do-
ctrina CHRISTI tempore Interim retinenda & defendenda, tum contra
falsarios abigendos vestri majores & antecessores præclaram operam navaverint,
ut sic eadem ratione Majorum & Antecessorum vestigia subsequentes Consules
& Senatores tanquam Patres patria ingrediantur & fideliter sequantur.

Præclare itaque faciunt, V. præstantia, qua in exornandis, munitionibus
amplificandisque vestris urbibus, non solum bonam operam ponunt, sed etiam
in retinenda vera doctrina atque extirpandis Schismaticis, Sacramentariis
& aliis Sectis, verè majorum Zelum & propositum hodie constanti sequuntur.
Accipite igitur placide, amplissimi Domini Consules, & prudentissimi Proceres
ac Senatores, Patroni observandi, nostrum laborem non sine magnis sumptibus
à nobis congestum.

GOSLARIA urbs est vetus Caesarum, qui ex Saxonica gente originem
erant, habitaculum. Ubi me novit ibidem Superintendens Theodorus
Holt

Holthausius, venerandus Senex, & sine dubio plures ex pastoribus & ministris. HALBERSTADENSIS urbs habuit etiam sub Haymone pio Episcopo religionem Papisica aliquantulum puriorem; Sed modo dives & florens est, quam celebris & eloquens Senex M. Christophorus Vischerus senior scriptis clarus, aliquando ornavit & modo ejus gener ei utiliter praeest: Cui, ut & aliis concionatoribus credo me notum esse.

BRUNSWIGAM splendidam Saxoniam urbem & potentem beneque dispositam Rempubl. amplam civitatem, & munitioibus probe excultam etiam exire noverunt nationes, & multi ex ferocientibus populis, qui inter barbaros recensentur. Ab eo autem tempore, quando ibi Evangelium in initio propagari inciperet, ut crevit vera doctrina & stabilem pedem fixit ibi, sic quoque favente patre Domini nostri JESU CHRISTI, mirifice in divitiis, potentia, munitione, praesidiis, aliisque virtutibus excrevit Poliria. Et in hac splendida urbe clarissimum Superintendens D. Martinus Kemnitiuss, qui, cum viveret, fuit oculus & lumen Saxonicarum Ecclesiarum, cum suo celebri coadjutore venerando sene Domino M. Johanne Zangero ante annos 26. me noverat: Sicut etiam mihi magna familiaritas in hac Repub. fuit aliquando cum D. D. Joachimo Morlino, pia memoria Doctore celeberrimo, & cum multis aliis Theologis & Doctores ibidem, qui jam in Domino obdormiverunt, & hodie mihi est cum eximii & doctissimi M. Jacobo Godfrido, & M. Frederico Petri dulcis familiaritas atque similiter cum M. Rodolpho Hillebrando, viro eruditissimo.

Cum autem HAMBURGENSIS Resp. qua fuit longo tempore terra marique splendida & potens, susciperet patrocinium verae Religionis, & Patres patrie in ea urbe coram audirent in initio renati Evangelii, ex colloquentibus, qui potissimum veris sacrarum literarum testimoniis & argumentis niterentur, tunc alacriter amplexi sunt veram Religionem, & ab eo tempore sumpsit hac praecleara Resp. mirificum augmentum, & floret praecclare. Novi etiam in ea urbe ibidem Superintendentes, viros de Ecclesia bene meritos, Theologum absolutum D. Johannem Epinum, celebrem D. Paulum ab Eitzen / clariss. M. Joachimum Westphalum & Doctorem Simonem Cyriacum, atque cum moderno Inspectore ibidem, viro virtute & doctrina praestantissimo, D. M. Davide Penzhornio, & ejus collega docto & fideli M. Georgio Stammichio est mihi bona familiaritas, qui cum reliquis de me testari poterunt.

LUNEBURGA urbs & ornamentum Ducatus ejus, qui ab hac nomen habet, est & licet majorum tempore floruerit suaque singularia dona à DEO ipsis divinitus concessa habeat: Tamen ab eo tempore, dum est Evangelii doctrina illustrata, etiam in Rep. in cultu & praesidio sumpsit incrementum, & mirifice floret hac urbs, in qua mihi multi fuere ex pastoribus Ecclesiarum noti & amici, ut M.

Fre-

Fredericus Henningus, Superintendens, Wilhelmus Santphurcius, M. Johannes Eikenbergius, *ibidem quoque Superintendens*, M. Simon *Reverendus* M. Thomas Mauwerus, Henricus Glosenkampius, Antonius Wapmannus, & M. Eberhardus Obermannus: *Et spero M. Casparum Gotsmannum, modernum Inspectorem fidelissimum, aliquam mei nominis utilitatem habere cum collegis, sicut familiaris mihi est adhuc Fredericus Dedeckindus, festivus poeta & Magister, vir clarus & doctus. Ita in scholis novi mihi familiares amicos eruditiss. & claros viros M. Johannem Bathelium, M. Albertum Lenicerum, & Lucam Lossium, &c. Hi omnes qui viri sues, esse testari poterunt, cum reliquis ministris Ecclesie.*

GOTTINGA urbs antiqua & ditioe propria celebris, *divo & imperio ab initio semper fuit: Sed accedente luce Evangelii, qua vere ibi renata illustravit, aucta est divitiis, elegantia & ubertate. Novi ibi eos, qui in hac celeberrima urbe Ministerio Ecclesiastico praesuerunt, D. Joachimum Morlinum, Theologum re & nomine eloquentem, M. Joannem Sutelium, M. Philippum Casparem, Valentinum Heylandt vel Salvatorem, M. Franciscum Marchesium & plures. Spero etiam multis pastoribus me ibi notum esse.*

HILDESIA urbs ab antiquis celebris, Episcopalis civitas, *quae & divinis inde ab initio renati Evangelii abundans, munita & firma evasit. Ubi magna semper zelo Papae resistenterunt, & adhuc resistunt praesidentes & circa persequentes vere religionis amore. In qua urbe mihi magna fuit familiaritas, cum M. Bartholomeo Wolffharto, reverendo & Eloquenti Superintendente: Cum honesto viro pie memoria Henrico Bovio, & multis aliis pastoribus: Et annos 27. contraxi familiaritatem, cum Reverendo Theologo Egregio & cum D. Conrado Beckero (qui modo ibi Inspectorem agebat) & nunc sum quae M. Johanni Udenio, viro docto, & aliis pastoribus in hac urbe.*

Ad HANNOBERAM tendo, nempe ad Ecclesiam & civitatem, qua initium habuit tenue, & fuit aliquando exile oppidum, sed quando cum difficultate perveniret ad cognitionem Christi, & hac Resp. cum civibus suis suscipere veram doctrinam, in qua hactenus perstitit, ecce, ab eo tempore aucta est magnificentia splendore, bonis, donisque & sensit divinitus divinam benedictionem: Et fuerunt mihi multi gravissimi Ecclesiae Doctores in hac Ecclesianoti, ut M. Rodolphus Mollerus, Georgius Scarabæus, M. Walterus Hoickerus, Martinus Hoffmannus, Henricus Brugkampius, Johannes Grellius, Johannes Hoffmannus, Johannes Geander, M. Bartholomæus Wolffhartus, Superintendens, & M. Georgius Henninges: Et est mihi cum moderno Seniore in hac Ecclesia, viro integerrimo & eruditiss. M. Vito Buschero, verus & magna utilitas: Sicut etiam in scholis ibi novi celebres viros M. Christianum Slesbingianum

& Bernhardum Vogelmannum: Et opinor me reliquis pastoribus, ut M. Henrico Gerbero, celebri poëta, & aliis ibidem probe notum esse.

HAMELONIA urbs, etsi longo tempore cum prædictis civitatibus celebrata sit in historiis, tamen nostro tempore & interea, quamdiu ibi Evangelii doctrina sonit, auctorem in bonis animæ & corporis sensit, & magis inclauit: Ut nunc inter præcipuas Ducatus Brunsvicensis civitates numeretur. Novi in ea urbe, quæ vixi ibi diu in vicinia, partim dum in Westphalia Lemgovix, (quæ est præcipua urbs Comitatus Lippix) ad annos 14. agerem, & postea quando ultra quadriennium Gandelii essem, multos præstantes viros partim politicos & Ecclesiasticos. In primis mihi fuit magna & dulcis familiaritas, cum reverendo & doctissimo D. M. Rodolpho Mollero, Superintendente & Decano in Collegio, ejusque genero & collega eximio Domino Johanne Siffido, & cum meo populari Otthone Domhvio: Et minime dubito, quin meum nomen sit optime notum erudito viro, moderno ibidem Superintenti eximio D. M. Johanni Bockio & suis collegis. Deinde in hujus civitatis vicinia moratur lectissimus & verè præstans Nobilis, fide, pietate, virtute atque doctrina generosus non minus quam genere D. Henricus à Salder, in arce Louwenstein/ Sarrapa, quem honoris causa nomino, qui est vicinis locis Ecclesiis & pastoribus præsidium, cui est ibi pastor meus affinis & compater, vir integerrimus & pius Henricus Veltenius. Et cum sciam splendidos consultissimos & ornatisimos consules atque viros eruditos Senatoresque industrios præsidere Ecclesiæ & civitati EIMBEC- CENSI, quorum plerique, quando istic in vicinia agerem, mihi noti fuere, ideo etiam spero et illorum Excell. nostrum laborem fore gratum, & mihi etiam persuasum habeo, existere adhuc quosdam inter concionatores, qui Hamelmannum noscunt, in primis Joannem Velium, virum excellentem: Etsi vero magnis ali- quando malis afflictæ sit hæc Resp. & Ecclesiæ, tamen respiravit, & jam præ mul- tis urbibus, est singulari dono DEI ornata, ut ibi & Resp. & Ecclesiæ floreant.

Accipiant igitur hunc meum laborem, in contexenda Ecclesiastica historia ma- gnum & varium, nunc V. P. vobis reverenter etiam inscriptum magnifici & præ- stantissimi Patris patriæ humaniter, & interea in CHRISTO Valeant. Raptim Aldenburgi, in feriis Pentecostes, quando Ecclesiæ DEI de Spiritu sancto & ejus donis sacra tractat, Anno Domini 1587.

Vest. Cels. & Præstantiæ

Subjeatissimus

HERMANNUS HAMELMANNUS,

S. Theol. Licentiat. S.

Rrr rr

De

De ECCLESIA in IMPERIALI
URBE GOSLARIA.

Propter libertatem urbis & singularia dona, quibus erat
 urbs privilegiata, erant ibi ab initio plebei liberes inde
 ridenda pontificiorum pompa. Postquam *Henricus III.*
 tale institueret collegium in inclyta *Goslaria*, ad quod
 quisque doctos per totam Europam, (ut *Hieronymus Emserus* Licentia
 scribit in vita *Brunonis decimi Episcopi Misnensis*, ex eodem collegio
 lati) quos ibi constituit canonicos, & postea multos aliis dedit
 pios Ecclesiis ipse: Et denique ejus successores Cæsares idem
 Sic numerantur 50. *Episcopi*, qui ex eo collegio delecti sunt ad
 Ecclesias præfules ab *Hieronymo Emsero*. Nam olim erant collegia
 Sic tempore *Berwardi I. Episcopi Hildesimensis* & tempore *Brunonis*, ut
 vita *Berwardi à Tangmaro* conscripta legitur, & simul *Emserus* in vita
Brunonis Episcopi Misnensis scribit cap. 7. quomodo *rigidi* sine Schola
 floruerint, ubi Decano sunt quotidie præsentatæ scripturæ, & *Platina*
 aliquot recitati, & multa à Ludimagistris exercitia junioribus
 &c. Sic quoque *Tangmarus* scribit in vita *Berwardi Episcopi Hildesimensis*
 nati *Comitis de Sommerhsenborg* / &c. quod multos nobilium sub
 disciplina habuerit, & ita inter alios etiam *Berwardum*. Hæc inquam
 fert de veteri Schola Hildesimensi *Tangmarus*, qui isti Scholæ præfuit in
 Cœnobio *Michaelis*, &c. Et sic habemus exempla Saxonica, quosdam
Monasteria & collegia fuerint Schola, &c.

Hinc inquam factum est, dum essent Cæsares *Goslaria* frequentes, &
 multas reliquias hinc inde conquirerent, & auro argentoque in
 collegio donarent. Ideo accidit, ut ab anno Domini 1520. quoties
 collegiati & tota pontificiorum sex circumferret illas reliquias in
 pompa, inciperentur contemni à vulgo & derideri, &c. Hæc autem
 pompa & circumgestatio in primis fiebat solemniter in die *Petri & Pauli*.
 Ita incipiebant missæ, vigiliæ & alia sordere, & nemo amplius offerentia
 Sacrificulis vel pecuniam vel alia dona. Itaque contigit anno 1521. ut
 dam *Parochus Henningus Degen* / suis Sacellanis aliquid ad offerendum
 altare daret, imò secundo instaret, ut oblationem, quod sic alii ad obla
 tiones & dona deferenda ad altare invitarentur, eorum exemplo,
 Sacellam ex jussu Parochi sui reiterarent. Hoc videns quidam ex

Ubi nomine *Johannes Meidemannus*, alta voce clamavit: *Steuret den Narren ins Teuffels Namen*. Inde adhuc natum est proverbium in ea urbe, ut hodie hoc saepe repetatur.

Primus autem Evangelista fuit in ea urbe *Johannes Kleppen* / vir non indoctus, qui postquam omnia D. Lutheri scripta tunc edita legisset, coepit anno 1521. purius aliis docere & vehementer in suo officio sudare. Docuit autem in suburbio in templo ad *S. Sepulchrum*: Ubi erat domus commendatoria, quæ cum templo postea durante bello inter *Henricum juniorem*, Ducem Brunsvicensem & urbem anno 1527. exusta est. Ad hujus conciones turmatim currebant senes cum minoribus & utriusque sexus. Sed istud studium & zelum Sathan non diu tulit. Quare per suos Clericos vehementer institit apud Senatum, ut & concio illi *Kleppen* inhiberetur, & populus à concione retraheretur, eo prætextu, quod *Cæsaris* indignationem & alia pericula metuerent. Cum taceret *Kleppen*, alius quidam *Wittebergensis* Magister nomine *Theodoricus Smedem* / qui erat in ea urbe natus, promisit civibus, postquam eis occluderentur ubique templa, se sub cælo docturum in campis anno 1522. ita ille prodiiit aliquoties, & in loco dicto *den Lindenplaen* in magna populi frequentia docuit. Verum mox captus à Senatu, traditur captivus & vincitur *Episcopo Hildesimensi Johanni*, Duci *Lowenburgico*. Is eum diu detinuit in arce *Sturvolde* usque in sesquiannum. Ideo, ut tandem eximeretur è vinculis, abjurat Lutheranam juxta illos, hæresim, coactus *Episcopi* & aliorum terroribus. Inter alia his verbis *Hildesii* in aula *Episcopi VI. Octobris* anno 1523. abnegat veram doctrinam: Ego *M. Theodoricus* abnego & abjuro illam hæresim Lutheranam, de qua sum suspectus, & dogmata istius erroris de cætero persequar, tum quoque omnes quotquot sunt de illa secta Lutherana ac singulos persequar, & consortia eorundem vitabo, & eisdem non interero, &c.

Is deinde factus est *causidicus* & aliquando *Syndicus civitatis*. Ideo protrudunt tandem multis precibus cives iterum in publicum *Johannem Kleppenem*, tunc vicarium ad *D. Jacobum*: Quilicet non bona voce, nec admodum felici pronuntiatione vel elocutione præditus esset, tamen pro suo dono ita docuit, ut spaciosum templum simul repleretur & multi starent in cœmiterio. Hic ita concionibus pergit, donec tandem longis & multis precibus defatigatus Senatus anno 1524. ipsis in ade *D. Jacobi* alium concionatorem, virum doctum & eloquentem *Johannem Westel* / (quondam Doctorem & primum Evangelistam *Halberstadensem*) concederet,

deret. Is primus fuit, qui omnium purissime verbum DEI docuit & Sacramenta cœpit sincere administrare. Postquam vero tanta copia ejus conciones properarent, & cresceret multitudo auditorum vehementer, ut vix dimidia pars auditorum caperetur aede Jacobi, iterum institerunt vehementer apud Senatum de plenaria reformatione adhibenda per omnes Parochias, &c. Interea quidam laicus falsi convictus publicè reprehendit Pontificium quendam concionatorem, qui tunc citaverat *Paulum*, & cum is accusaret laicum, est tandem falsæ concionis convictus coram Senatu. Ideo is rubore perfulsus nunquam audebat prodire in publicum, &c.

Ex his & aliis commotus & timens in primis turbas, tandem anno Senatus civium petitioni anno 1528. (quia eligebantur ad quinque viri, qui in singulis Parochiis cœperunt negotium Evangelii tractare coram Senatu, quorum zelum metuebat Senatus) & petiverunt *Senatu Magdeburgensi* mitti Licentiatum *Nicolaum Ambsforffium*, qui venit ad Dominicam Reminiscere, & permanfit *Goslaria* usque ad Dominicam Palmarum. Quia die Martis post Palmarum rediit *Magdeburgum* ad Festum Paschale, &c. Interea ille multis concionibus & adhortationibus multos lucrificavit, multos confirmavit & omnia bene disposuit. Dominica Reminiscere docuit pro concione, explicans textum Evangelii de constanti fide Cananæ mulieris. Ibi probavit, solanos vera que vide in CHRISTUM salvari. Deinde formam administrandi Sacramenti Baptismi & Eucharistiæ ordinavit juxta Ecclesiam *Witebergensem* & *Magdeburgicam*, & constituit ordinem & decorum ubique eleganter servandum: Deinde ostendit vanam esse adorationem sanctorum, reliquiarum & statuarum, vanam quoque esse adorationem sacramenti, &c. Illa omnia luculenter ex scripturis demonstravit, in primis explicans textum *Esaïæ* cap. 66. quem *Stephanus Actor* 7. repetit, &c. Multa quoque de vanitate purgatorii disseruit, & de superstitione *Missa*, ostendens omnia debere ea lingua peragi, quæ posset intelligi à populo, &c. Laboravit, ut in Parochiis constituerentur Pastores docti & idonei: ad ejus consilio præpositus est Superattendens Doctor *Johannes Amandus*, qui in *Borussia* egerat Monachum, & erat eleganter facundus, sed non admodum doctus, &c.

Hic D. *Amandus* effecit sollicitè instando, ut aperirent Scholæ Magistratus & cives, & novæ Scholæ præficerent *M. Michaelem Flammium* (qui in *Hassia* oppido *Wulffshagen* & *Eimbecka* egerat Rectorem Scholæ)

virum eleganter doctum, cui statim opponebant alium in sua schola Pontificii nomine *Bartholomaeum Belsinhausen*. Ideo hoc facto valde commotus *D. Amandus* vehementer institit apud Senatum, ut is amoveretur. Tandem turba inde oritur, & iste *Bartholomaeus* clam ex urbe educitur. *Vohmeius* autem magna cum laude & multorum suorum discipulorum fructu praefuit Scholae diu, &c.

Cum autem disponderet *L. Ambsdorffius* ministeria, tamen aliquandiu vacabat ministerium in aede *Stephani* donec anno 1529. ex *Brunsviga* pulsus *Henricus Kniggius* (qui erat eloquens) assumeretur in aede *Stephani* pastor, & in Ecclesia jura *Frankenberg* *Henricus Gefferdes*, *Helmstedensis*, *Evangelista primus* cum *Johanne Wiffel* (in Ecclesia *Halberstadensi*) postquam circa adventum *L. Ambsdorffii* vocaretur *Johannes Wiffel* *Brunswigam* ad patriam suam, est constitutus pastor *Jacobinus Johannes Schulze* (qui fuerit *Monachus* jura *Jürgensberg* / ante *Goslariam*) & singuli habebant postea *Diaconum*, quem *Sacellanum* vocant, &c. & *Johannes Ebelingius* in aede *D. Thomae* pastor est constitutus.

De certaminibus in Ecclesia ortis.

Circa finem anni 1529. & sequenti anno coeperunt ibi publice propagare *Zwinglii* dogma *Henricus Kniggius*, & *D. Amandi Sacellanus*, *Johannes Grawertus*, ideo in initio anni 1531. revocatur *D.L. Ambsdorffius* ex *Magdeburga*, & sunt isti duo publice coram Senatu examinati & convicti erroris à *L. Ambsdorffio* (etsi eis clam tela administraret *D. Amandus*, qui quoque erat ejus sententiae, sed rectius omnia agebat, interim convicti & confusi sunt) videlicet *Kniggius* & *Grawertus*, qui sunt per Praefectum Senatus ex urbeeducti & in exilium acti. Postea semper oravit *D.D. Johannes Amandus* pro concione: *Wittet/ das mich Gott wolle nicht lange leben lassen / so ich unrecht lehre und gläube*. Ideo eo ipso anno subito colica passione moritur: Quia *Sacramentariae* rei addictus erat. In locum *D. Amandi* vocatur *Witeberga M. Paulus Rhoda* anno 1532. & in locum *Kniggi M. Antonius Corvinus*. Cum autem vir pius *M. Paulus Rhoda*, *Stettinensis*, videret nimis tenuiter sustentari Pastores & ministros Ecclesiae, institit apud Senatum pro autione stipendii. Sed cum ille laterem lavaret, licet ipsi satis esset, non potuit aliorum tamen ministrorum egestatem ferre, ideo discedit post annum & factus est *Luneburgae Superattendens*. Hac etiam de casa discedit eodem tempore *M. Antonius Corvinus* in *Witzenhausen oppidum Hassia*, & ei succedit *Fredericus Steckel* / quo de-

mum anno Domini 1550. mortuo in Christo, *Henningus Osterdaniensis* pastor, &c. In locum *M. Pauli* successit *D. D. Eberhardus Widenhofer* quem multis precibus difficulter impetrarunt à *Duce Holsatia Christiano*, qui deinde Rex Daniæ in locum patris creatus est. Nam per *Holsatiam* opera iste Dux in plantatione Evangelii usus erat, &c. Sub hoc fuit quoque *Concionator Goslariensis Johannes Binnenstede* anno 1539. Hic *Doctus Eberhardus* admodum pie, pacatè & placidè docuit, & vita, morte, doctrina & fide præstitit se fidelem Doctorem & perstitit in ministerio usque ad annum 1547. Ita ille quoque ne videret ruinam Germaniæ, abierat est, moriens calculo, quo diu laboraverat. Illo jam mortuo & imminente tempore periculoso, rogati sunt reliqui pastores, ut subirent vicium & vices Superattendentis gererent. Nam tunc erant pastores *Federicus Steffel* in æde Stephani, cui mortuo successit *Henningus Osterdaniensis* anno 1550. Et postquam discesserat *Henricus Gefferdes* anno 1568. successit ei ex Schola *M. Michael Volnietus*, vir doctissimus & sedatissimus (qui anno 1568. mortuo successit *Joannes Mollerus*, civis filius) Superattendentis huc *Johannes Schulke*, pastor in æde Thomæ anno 1547. & *Johann Eberlingo* mortuo anno 1543. in æde Thomæ jam successerat *M. Martinus Mynker* civis filius, &c. Hi omnes cum suis Sacellanis administrabant vices Superattendentis usque in annum 1552. & tunc de communi consensu vocaverunt Senatus, suffragante ministerio, ex *Academia Witebergensi M. Tilemannum Heshusum*, qui assumptus in Superattendentem, beneficio & sumptibus Senatus est promotus in Doctorem *Witebergæ*, & postquam ipse & in Ecclesiis & Scholis magna cum laude docuisset per triennium, & tandem urgeret vehementer visitationem instituendam in utroque collegio tam in majori quam in minori, atque simul in virginum vestalium cœnobio utroque, ubi adhuc papistica sacra exercebantur, atque generalem reformationem omnium abusuum corrigendorum cuperet, & ab eo proposito dimoveri non posset, est de communi deliberatione dimissus. Hanc rationem multi viri (qui dicuntur probè fidei esse) in urbe Goslariensi dant de ejecto *D. Heshuso*, sed ipse in scripto contra *Calvinum*, *Boquinum*, *Bezam* & *Cleirwitium* aliam dat rationem nempe eam: Quod utrumque Consulem propter immorigeros & dissolutos filios graviter monuisset & increpasset, atque quod Ecclesiæ reatus debiti non solverentur, objurgasset, ideo factam esse ab utroque Consule conspirationem in expulsionem *D. Heshusi*, &c. Ita anno 1552. dimissus est *D. Heshusius*, & vacat officium Superattendentis per biennium

nium, & vices in Ecclesia majoris Parochiæ subibant interea pastores, cum ministris: Interim & inter pastores erat mutatio facta. Nam anno 1552. mortuo *M. Joanni Mungler* successerat *Laurentius Meisenerus*, civis filius. Tandem de communi suffragio eligitur & vocatur in Superattendente vir disertus *M. Jacobus Grosshans / Kottenis*, qui Ecclesiæ docendo magna cum laude præfuit usque in annum 1563. Is erat quoque in conventu Brunsvicensi, quando *Hardenbergius* damnaretur. Sed hic mortuus est in officio Goslariæ octavo Maji istius anni 1563. &c. Interea in locum *M. Jacobi Grosshansii* ad vacantem vocatur Ecclesiam Parochiæ Majoris *Joannes Hoffmeisterus*, donec de Superattendente sibi prospicerent: Tandem ex Ecclesia Hildesimensi vocatur *M. Theodorus Holtzhansus*, Groningensis, & *Joannes Hoffmeisterus* anno 1565. succedit in æde D. Jacobi *Johanni Schultgen* ibidem mortuo, veluti antea *Laurentio Meisenero* mortuo anno 1564. successit *Jacobus Birnicel / Walhausanus*, &c. Omnes prædicti Pastores (qui mortui sunt) fuerunt pii, docti & seduli, alii superstites in ipsorum vestigia probè successerunt, &c. Et si autem omnes suo undique officio satisfacerent, tamen excelluit eruditionis gloria, ingenio & multis virtutibus præ reliquis *M. Michael Volmeius*, &c.

De certaminibus postremis.

Fuit magnum certamen & altercatio Superattendenti *M. Jacobo Grosshans* cum *M. Johanne Glandorpio*, Ludimoderatore, propterea quod ipse Ludimagister non reciperet uxorem, abjectam propter suspicionem nudam, postquam crimen adulterii non posset probare. Sed in scitiæ accusabatur à *Glandorpio* Superattendens, & fœdis epigrammatis prælectis in Schola coram discipulis deformabatur: Ideo & hinc ex urbe Goslaria dimittitur. Et quum jam abjecisset conjugem, scripsit pro ea Senatus Brunsvicensis (quia erat civis Brunsvicensis) & Princeps Brunsvicensis, ut sic nec Goslariæ, nec Hannoveræ duraret. Nam cum ibi quoque propterea admoneretur à Superattendente *Clemente Ursino*, invecus est quoque in illum Epigrammatis, &c.

Fuit quoque *Theodoro Holtzhanso*, Superattendenti moderno, contentio cum *Johanne Hoffmeistero*, qui eum & alios accusat negligentia & infidelitatis, quod non satis vitia taxent & reprehendant moneantque. Is enim interdum in Senatum graviter stomochatur. Sed existimant aliis injuriam fieri, & simultatem inde nasci, quod coactus sit cedere *Holtz-*
ban-

hausio Hoffmeisterus, &c. Deus nos omnes convertat, Amen, &c. Quibus sexennio jam fuerint ibidem pastores & ministri, istorum nomina in formula concordia exprimentur.

De Scholis & earum Rectoribus.

PRIMUS ut dixi fuit *Scholarcha Michael Volmerius* (sed antea habuit particularem scholam *Henricus Funckius*, qui postea in *Holla* factus est pastor) cui adsumpto ad munus Prædicatoris succedit *M. N. Freidenbergius* anno 1542. qui per biennium Scholæ præfuit & deinde rediit *Witebergam*. Ex *Witeberga* iterum vocatur *M. Johannes Colman*, qui post triennium rediit *Witebergam*, & mox *M. Johannes Neander* *Lyrickaviensis* succedit, qui propter morbum redit ad cœnobium *Witebergæ* & isti anno 1549. succedit *M. Georgius Cigneus*, & huius anno *Adolphus Campius* *Dusseldorpiensis*, post quem venit *M. Johannes Cœndorpius*, vir doctissimus & experientia, usuque rerum jam senectute, cui successit anno 1559. *M. Mattheus Absdorffius*, *Berenburgensis*, cui successit anno 1563. *M. Jacobus Brickmannus*, *Stettinensis*, quo impetritiam anno 1568. discedente *Nicolaus Schultze*, qui sub duobus antecessoribus fuerat Conrector, &c. omnes erant viri docti & bene instituerunt juventutem, &c.

ECCLESIAE MAGDEBURGENSIS

brevis Descriptio.

CIRCA annum Domini 1524. postquam *Lutheri* sancti Ecclesiæ *Doctrinis* scripta & doctrina ejus latè propagata esset, ceperunt quoque *Magdeburgi* *Doctor Melchior Mirisch*, *Doctor Eberhardus Wittenbergensis*, *Foannes Frisshans* & alii concionatores propagare doctrinam Evangelicam. Et cum ferocientes viderent pontificios & Papias, conscripserunt ediderunt sequentes articulos germanicè eodem anno 1524. de quibus publicè disputare voluerunt, & illos ex apertis sacrae scripturae testimoniis tueri & defendere coram tota Ecclesiâ, quod etiam factum est.

1. Postquam scriptura divinitus inspirata nec ferat, nec quoque ferat possit ullam additionem vel detractionem, sed per se immota, absoluta & perfecta sit, profecto periculosum & valde conscientiosum erit, quod quam in Christianis rebus & sacris causis docere, ordinare, constituere, quod non sit in sacris literis fundatum.

2. Humana commenta & statuta, doctrinæ & ordinationes hominum in rebus spiritualibus & sacris, quæ non sunt scripturis consonæ, nihil faciunt ad salutem, nec quoque obligant conscientias, vel peccatum augent.

3. Cum autem Christianus ad nullum opus vel negotium, quod non est consonum scripturis, sit obligatus, sequitur, non quoque quemquam obligari ad tempus, locum, cibos, vestes & alias ceremonias, quæ sunt liberæ atque Christianis potius subjectæ, quam Christiani ipsis.

4. *Vota monachorum* & spiritualium (quos vocant) pugnant cum sacris literis, mandato DEI & symbolo vel articulis Christianæ fidei, & libertate spirituali, & humana ratione: Imò illa sunt hominibus planè difficilia & profecto impossibilia, quæ etiam ad servandum non obligant conscientias.

5. Omnis ordinatio DEI est utilis & bona, atque decet omnes pios juxta mandatum & ordinationem DEI vivere. Jam ordinatum est à DEO, ut uni viro ad societur una mulier, & contrà, & sic crescant & multiplicentur. Ideo omnes ad *matrimonium* obligantur, exceptis illis, qui natura sunt eunuchi, vel donum continentia à DEO habent.

6. Ideo rectè faciunt illi Pontificii & spirituales, qui se sæcundos agnoscunt, quod se applicent matrimonio, quia faciunt juxta ordinationem DEI. Contrà iniquè faciunt atque contra mandatum DEI gravissimè peccant, si vel in adulterio, vel in scortatione perseverent.

7. Christiani nesciunt de ullo externo sacrificio, sed juxta declarationem scripturarum in novo testamento, est CHRISTUS solus unicus & æternus Pontifex, suntque omnes Christiani cum ipso & in ipso sacerdotium æternum.

8. Ideo externum, visibile, Pontificiorum cum externa sua rasura, consecratione & ordinatione sacrificium, vanum est sacrificium, imò nihil est in novo testamento: Quia citra & præter scripturam ab hominibus est assumptum.

9. Spirituales Magistratus (ut vocantur) sui juris & gradus atque potestatis nullum habent fundamentum ex scripturis CHRISTI vel ejus mandato, ideo non est de jure divino *Episcopus Romanus*, CHRISTI vicarius generalis super Ecclesiam, ut sibi hoc assumit: Nec debent, ratione verbi DEI, Episcopi esse Domini & Principes, sed ministri Christianorum.

10. Interim magistratus politicus est vera & legitima ordinatio DEI comprobata per verbum DEI, & decet omnes homines prout obedientiam magistratui in omnibus, ad quæ vel quousque magistratus officium extenditur.

11. Christiana communio vel collectio habet jus probandi & vocandi doctores & doctrinas: Et illam electionem non pertinere ad Episcopos & Synodos pontificiorum affirmamus.

12. Ideo non licet nobis in rebus fidei & doctrinæ, respicere ad hominum decreta, opiniones, leges, jus, consuetudines & antiquitatem, sed tantum ad scripturam sacram verbumque DEI, & ei attendere.

13. Vera Missa Christianorum non est externa oblatio, sed receptio mortis Dominicæ, atque veri, vivi, æterni & absoluti sacrificii oblationis Domini nostri JESU CHRISTI in cruce semel facti: In qua tantum viri quam mulieres debent Eucharistiam sub utraque specie sumere, absque conditione.

14. Ideo angularis Missa & sacrificium illud privatum, in quo offeruntur, ut ajunt, CHRISTUM pro vivis & defunctis, prodiit ex ignorantia scripturarum & ex incredulitate contra Christum ejusque institutionem, ideoque merito debent ista aboleri.

15. Purgatorium ignem post hanc vitam esse, in quo anime examinantur pœnis, nullis scripturæ testimoniis potest probari, quia scriptura nobis tantum duas vias præscribit, unam ad salutem, alteram ad damnationem.

16. Ideo Vigiliarum usus & missa pro defunctis, non solum ridiculæ, sed etiam idololatricæ, & fundatæ sunt super fundamentum incredulitatis & Pontificiorum avaritiam.

17. Unicus & solus est inter DEUM & homines mediator, Dominus noster JESUS CHRISTUS, per quem aditum habemus ad patrem. Ideo non indigemus ad salutem ullius sancti intercessione vel ope.

18. Per solum Christum homo justificatur & salvatur, ideo idololatricum & abominabile est, ascribere operibus justitiam vel salutem, &c. Has propositiones quas publicas fecerunt per typos, etiam publicè defenderunt, & nemo ex pontificiis advenit: Postea est missus ad nos à Doctore *Luthero*, *Nicolaus Ambsdorffius*, Licentiatus Theologus, & diu rexi tibi Ecclesiam, & fuit ei fidelis collega *Fritzebaufius*, qui transfugit ad S. spiritum, & ei demortuo successit *M. Sebastianus Stenda*, & fuit etiam ibi diu Rector scholæ *D. Georgius Major*. Successit *Ambrosius*

endenti ad Episcopatum Numburgicum in gubernatione Ecclesiæ istius Nicolai Glossenei S. Theologiæ Licentiatus Anno Domini 43. Hic in officio Superintendens vixit ad annos quatuor, & huic Glosseneo successit D. M. Nicolaus Gallus, deinde huic, tendenti ad Ecclesiam Ratisponensem, D. M. Johannes Wigandus, post quem ad gubernationem istius Ecclesiæ vocatur Erasmus Sarcerius, qui ibidem moritur. Tandem ei successit Doctor Titmannus Heshusius: Fuit ibi cum laude Rector vir doctiss. D. M. Godescalcus sive Abdias Prætorius, & deinde huic D. Siffriidus Saccus successit, &c. Quæ ibi certamina inter D. Heshusium & reliquos ministros atque Senatorem sint cocta & mota, partim ipse D. Heshusius & partim Senatus Magdeburgicus, cum ministerio publicis scriptis explicuerunt aliquando, ut illa repetere non sit opus. Novi aliquando ibidem ante annos 30. in ministerio pastores Lucam Rosenthalium pastorem ad S. Johannem, Hennigum Fredenium, pastorem ad S. Catharinam, Ambrosium Heidsfeld, pastorem Petrinum, & Johannem Baumgartnerum, pastorem ad S. spiritum, item Diaconos ibi Sebastianum Wernerum, Mattheum Judicem virum doctissimum, & scriptis clarum, Joachimum Bonum, Christianum Fredericum, Johannem Mejerum, Johannem Cononem, Martinum Lescherum, Jacobum Boldenbergium, Otthonem Obemium pastorem Jacobinum, & ejus collegam Bartholomæum Strelcum, item pastorem Neapolitanum M. Georgium Torquatium historicum egregium. Credo D. Johannem Wigandum certam hujus Ecclesiæ historiam collegisse, quod etiam multi referunt de M. Conrado Schlesselburgio, quid in ea re veris sit ignoro. Quinam ante sexennium ibi pastores fuerint cum ministris, exprimuntur eorum nomina in formula concordia. Quanta constantia tempore Interim defenderint Magdeburgenses veram Religionem, ultra integrum annum obsessi, testatur Johannes Sleidanus in tua Historia prolixè.

DE RENATO EVANGELIO

In CIVITATE HALBERSTADENSI

brevis Relatio.

Postquam Johannes & CHRISTUS inciperent in Judæa & Hierosolomis docere vocem Evangelii citra suffragium Scribarum & Phariseorum, commoti sunt passim tales homines & varia tractarunt, &c. Sic accidit Halberstadii. Nam duo Sacellani mediocriter docti & literati, atque in nuper editis D. Lutheri scriptis diligentissime versati, ut Johannes

Wifel / Brunsvicensis, & Henricus Gefferdes, Helmstedensis, Sacerdotes in
 æde Martini, cœperunt publicè vocem Evangelii sonare anno 1520. quibus
 & difficulter perstiterunt in ea functione, licet impeterriti, fideles & con-
 gentes, donec tandem initio anni 1523. vi, mandatoque capituli majoris
 ex accusatione longa Cœnobarum Joanniticorum, ejicerentur. Sed
 Senatus statim, discedente Goslariam Johanne Wisselio, (quò vocabatur)
 Henrico Gefferdes contulerunt parochiam in grossen Quenstedde. Postquam
 in ea quoque Parochia purissime doceret, per Officialem curiæ & cen-
 sionem vel Capitaneum Capituli majoris Johannem à Werter ed compe-
 hensus, & vinctus, & turri in Groning traditus: Tandem post modum ea
 lege dimittitur, ut abjuret istam ditionem. Sic reversus in patriam
 1524. usque ad annum 1528. labores manuum suarum manducavit, deinde
 Goslariam vocaretur, sedilia adornavit & libros compegit, &c.

Cum vero Pharisei Halberstadiani putarent se in tuto esse, & jam
 ante paucos annos promotus erat Lipsiæ in Doctorem Eberhardus Widen-
 sehe / Præpositus ad S. Johannem, cui multum fidebant Pontifici, & ce-
 rabant eum propterea ex Academia Parisiensi vocasse quendam doctissi-
 mum Professore, qui & Hebraicè, Græcè & Latinè profiteretur publi-
 cè: Interim ille Doctor Eberhardus hoc in eum fecerat finem, ut ita magis
 Evangelii doctrina propagaretur. Nam ipse prælegit Psalmum usque ad 15.
 usque ad 15. Psalmum, & erat ejus tunc collegium quasi parva Academia
 ad quam ex vicinia confluerunt multi, ut audirent Græcas & Hebræas li-
 teras: Legit enim ille Parisiensis Professor aliquot scripta Plurarchi: Con-
 venerunt ad publicas lectiones multi ex monasteriis, collegiis & aliis, qui
 cognoverunt D. Eberhardum Widensehe inclinare ad Lutheranismum
 quod etiam indicabant ejus conciones publicæ in Cœnobia & Parochia
 Martiniana habitæ, &c. Imo omnes profugos & exules suscepit in
 Monasterio D. Eberhardus Widensehe / ut ipsius Cœnobium non solum
 schola, sed etiam hospitale exulantium alibi propter Evangelium & scri-
 ptas, &c. Ita ibi ejecti ex Brunsviga Petrus Horneburg / & quidam Martinus
 hospitium aliquandiu habuere.

Interea accidit quoque, ut quidam Doctor Theologus Valentinius Me-
 staus, ordinis servorum Mariæ virginis, veniret Halberstadtum, & in cœ-
 nobio Neapolitano quoque inciperet purius docere, & abusus Pontifi-
 cios reprehendere & Evangelii doctrinam propagare. Quem pluri-
 mum confirmavit pius & Zelosus vir consul urbis Henricus Scriba: Is co-
 tulit sæpe de toto negotio cum D. Eberhardo Widensehe & Licentio
 Theo-

Theologo *Bartholdo Hammenstede* / concionatore Cathedrali, viris piis, doctis ac religionem intelligentibus, &c. Et illi tres sentientes bene de religione, sincere etiam predicabant: Passim ad alios pontificios misit literas *D. Valentinus Mustaus* & chartas affixit, quibus ipsis errores horrendos proposuit, imò etiam concionibus hoc egit, ut Pontificia idolomania agnosceretur & vitaretur. Cùm igitur *D. Valentinus Mustaus* citaretur *Hallam* ad Episcopum Cardinalem & Electorem *Albertum Brandenburgicum*, &c. ut de accusatis responderet, ipse comparuit, & ad singula objecta callide & ita respondit, ne veritati deesset, & ut interim dimitteret hominem Princeps. Erat enim magis consul *Henricus Scriba* delatus, quasi instigator totius tragœdiæ, ideo mandatur, ut is dolo capiatur. Quare Judex live *Prator* Principis (quem *Majorem domus* vocant) in urbe *Tilemannus Schulze* / ingreditur aedes consulis, quasi vellet pannum emere (erat enim pannicida consul) & data oportunitate apprehendit consulem, & tradit ministris vincendum, interim exclamat consul de vi illata, sic accurrunt ex vicinis aedibus manuarii, & liberant consulem *Henricum Scribam*, qui mox excurrit ad cœmiterium Divi Martini, ad quem conveniunt multi ex plebeis, statim ingreditur urbem Capitaneus Episcopi & Capituli *Johannes à Werter* / stipatus equitibus multis, & accedens ad cœmiterium evocat Consulem, mandatque ut sese sistat vinctum Cardinali Episcopo. Hic petit, à se, ut à viro honesto, exigi fidei iustionem, quæ manu solet stipulata fieri, aut ut sistatur Senatui Halberstadiano juxta jus civitatis; Sed cum ipse Capitaneus non mutaret sententiam, sed vespera ingruente egrederetur civitatem, non ausus est se committere suo loco vel manere in urbe consul, propter tumultum vitandum, ideo præmisit nuncium ad *Pothonem Comitem in Stolberg* / petens ab illo per literas securitatem hærendi in sua ditione, & ipse postea subsequitur ad seram vesperam, comitatus duobus civibus *Johanne Meo* & *Henrico Peterfillino*, & ductoribus aliquot junioribus hominibus, qui rebus manuariis operam dabant ad centum numero, &c. Ea res proditur Capitaneo, qui statim curat intercipi itinera per equites & rusticos versus *Derneborg*, &c. Et ipse cum suis expectat venientem Consulem *Henricum Scribam* equitem & suos Comites inermes: Ibi cruento modo & processu nihil minus cogitantes invadit manuarios, & plerosque ita vulnerat, ut in frugibus (siebat enim hæc Tragœdia sub vesperam Bartholomæi anno 1524.) in Messe statim decerptis cadavera occisorum, (qui se sub havena abdiderant) reperirentur.

tur. Alii vulnerabantur, quidam capiebantur & misere per illam noctem tractabantur, ut se suo sanguine involverent, nec curabantur, donec redirent *Halberstadtum*, ubi ad 14. dies vinculis prætoris tradebantur, &c. Consul autem & duo cives capiebantur, & consul deiecit à Capitaneo ab equo arcu ferreo. Isti ducuntur Hallam ad Episcopum civis duo vulnerati & aliquot alii Comites: Illis statim indicitur dies iudicii Capitalis, tunc Hallæ Saxonum præsentibus *Alberto Magno Episcopo*, *Magdeburgico Primato* & *Halberstadeni Administratore Cardinali* & *Christophoro Archipræsule Bremensi*, & rei aguntur cives atque afflictionis, & damnantur capitis, sed postquam tunc aderat *Præpositus Cathedralis Ecclesiæ Hildesimensis Levinus à Belfen* qui se cum aliquot virginibus, (quæ crines & capillos exposuerant & disperferant circa caput supplicem exposuit utrique Episcopo, & ita vitam impetravit duobus civibus & aliis, ita tamen, ut juramento renunciare cogentur *Henricus Peterfillinus* & *Johannes Meus* juri urbis & ditionis *Halberstadenis* (sic alter *Quedelenburgam*, alter *Wernigerodam* se cum familia conculit, &c.) & alii quoque dimitterentur.

Interim familia & filii atque generi *Henrici Scriba* Consul impetrarunt à *Cæsare intercessorias literas*, ut ære redimeretur tandem ex vinculis Consul *Henricus Scriba*, &c. Interea dum hæc Hallæ fierent, agunt quoque crudeliter Pontificii in urbe cum *D. Valentino Mustæo*. Quoniam *Henricus*, (Episcopus putativus *Aconensis*) *suffraganeus Halberstadenis*, locutus cum tribus Canonicis, concludit de castrando *D. Valentino Mustæo*. Sic clam aliquot ministri Canonicorum capiunt in cellula in *D. Valentinum Mustæum*, & vincuntur manibus pedibusque injeçto in eos os freno vel cæstro, quo refrenaretur lingua & impediretur loquela & clamor, deferunt ipsum per trabes in inferiores Cœnobii partes, ibique in cella cerevisiaria eum castrant, habent enim quandam ductorem *Asinorum Casparum Heissen* quem ad hoc cogunt (ut olim milites ad liberandam crucem post *JESUM* cogebant *Simeonem*) ut castrat *D. Valentinum Mustæum*, cujus rei sæpe hominem simplicem poenituit, ut sæpè testatus est. Tunc quoque ejus *Doctores Bibliotheca* distrabantur *Augustini* & alia opera in Cloacam rejiciebant, quosdam libros lacerebant, quosdam secum conferebant, &c.

Post cruentum factum discedunt impudentissimi homines, & ita vincuntur & ore obstructo miserè & gravissimè vulneratum *Doctorem* sese in sanguine suo volitantem reliquerunt fugientes ex cœnobio, &c.

Mane ſurgentes reliqui Monachi viderunt in cella Doctōris tumultuoſe actum, ejuſque Bibliothecam diſtractam, cujuſ partem aliqui viderunt natate in latrina, ideo colligunt inde ipſum ab ductum & vindum. Sed repertus à Clavigero ſemimortuus, liberatur ab cœſtro, quo obſtructum ei erat, & ſolvitur pedibus manibusque & cum concurrerent omnes Cœnobitæ, vident quid actum ſit, emittuntque cito ad quosdam Chriſtianos, quibus indicatur facinus, & hi rogantur, ut de experto medico quærendo cito ſint ſolliciti. Ideo adhibetur ſolertis judiciæ medicus, qui valetudini reſtituit D. Valentium, & poſtea veſtitum (quia cuculla erat ſanguine conſperſa & reliquæ veſtes ablata) dimiſerunt eum Chriſtiani pii & zeloi: Ita ex promotione D. Lutheri ſuſceperat honeſtam conditionem in Electoratu Frederici III. prudentiſſimi Principis Saxoniz ad inſtantiem Hyemem, hic D. Valentinus Muſſam.

Jam quoque erat D. Eberhardus Widenſeher Præpoſitus ad S. Joannem, ibidem ſuſpectus, ideo cum magis aucta eſſet ſuſpicio, ex tribus ejus concionibus habitis in æde Martiana, magis animos Phariſæorum Papalium inflammavit quarta ejus concio, in qua reprehendit abuſum & idololatriam Romani Pontificis, & Papiſtarum apertis verbis, & Miſſam ac invocationem ſanctorum cum purgatorio, ex ſacris literis, perſpicuè conſutavit & damnavit. Ideo accuſatur apud Præfulem, qui citat Præpoſitum Hallam. Veniens Hallam D. Eberhardus Widenſeher Præpoſitus, ſiſtit ſe Epifcopo. Ibi cum illo graviter expoſtulatur, cur hoc damnet, quod ipſe potiſſimum debebat tueri, & cujuſ nomine gradum ſumpſiſſet? Cur quoque alios quosdam Præpoſitos, ut M. Nicolaum Diemuth/ Præpoſitum zum neuen Werck für Halle / item D. Lucam, N. Præpoſitum in Cœnobio dicto Gottſgnade/ &c. Et D. Henricum Præpoſitum S. Mauricii, &c. ſeduxiſſet & ſimul eo ipſos pertraxiſſet, ut jam in exilium profugi, abacti eſſent propter Lutheraniſmum? Cur in iſtis Cœnobiiis prædictis ex ipſius conſilio & Miſſæ, preces & canon immutatus eſſet, & quis ei hanc auctoritatem dediſſet? Quis ei hoc mandaſſet, ut tantas opiniones hæreticas populo proponeret, ut ipſe hæreticorum libros legeret, & auctor eſſet aliis, ut quoque legerent?

D. Eberhardus Widenſeher factus ſupplex Archiepiſcopo, rogavit audientiam, & propoſuit coram Archiepiſcopo & conſiliariis ſcriptas conciones ſuas habitas in æde Martiniana, ſed nemo erat, qui vel legere vel ſuſcipere conciones vellet, aut etiam ejus excuſationem audire, ſed

vide-

videbantur, ut in causa *Stephani* fiebat, obturare aures. Sed per *Hereticum* (putativum *Episcopum Aconensem*) *suffraganeum Halberstadium* dicebatur simpliciter in consilio: Non esse audiendos *Hæreticos*; Item veluti antea astu potuit sese coram *Præsule* excusare, ut in integrum restitueretur *D. Valentinus Mustans*, ante castrationem, ita quisque etiam hic faceret, si admitteretur ad audientiam. *Hæretici* sunt alii, &c. Hæc ille.

Ideo ipse damnatur, & adigitur ad *Resignationem Præpositi & Archidiaconatus*, deinde ipse mittitur vincus cum literis & *Episcopalis* adjunctis ei *Parcenti Hamersleben & Præposito* nuper *Electo* qui nunc *Werc* atque ipsis præsentibus ibidem mandatur, additis seris mandatis, ut in *Cænobio Joannitico* novum eligerent *Præpositum & ibidem Doctorem Eberhardum* vincum incarcerarent: Item, ut ubique ex omnibus *Cænobiis Lutheri scripta* & suorum extirparent. Interea ipse *D. Eberhardus Widensehe* cum istis *Præpositis* veniens ad hospitium quoddam in itinere tendentibus *Hamersleben* pernoctavit ibi, sed aliis dormientibus ipse vigilat cum famulo, & preparato curru discedit nocte clam hora prima, & properat versus *Magdeburgam*, ubi ingreditur *Cænobium Augustinianum*. Interea remittit currum cum equis & literis ad *Cænobium Joanniticum*, & graviter conqueritur de violentia, & impetris de protervia *Henrici suffraganei*, & orat, ne in novam consentiant electionem, imò si omnino velint, ut suos ipsi libros, vestes & 40. aureos, qui sui erant, mitterent, sed horum nihil accepit. Inde accedens *Witebergam*, hæret ibi brevi temporis spacio, &c. Sed cum hæc literæ offerrentur in *Capitulo*, erant duo prædicti *Præpositi* referentis mandatum *Principis*. Cum reliqui *Capitulares* recusarent eligere novum *Præpositum*, res est denuo ad *Principem* delata, qui minaciter hoc eis præcipit per *Doctorem Valentinum Seteleben* ideo indoctum quendam *Parochum in Neuenhagen* faciunt *præpositum*, &c. Sed *Doctor Eberhardus Widensehe* factus est eodem anno *Parochus ad S. Jacobum* in urbe *Magdeburgica*, ubi perstitit in sua statione, donec dux *Holfatæ Christiani* (qui statim postea factus est *Rex Daniae*) eum vocaret ad reformationem *Ecclesiarum* in *Holfatia*, ideo ivit ad *Ducem* morantem in *Wundersleben*. Ex *Holfatia* redit, & fit *Superattendens Goslarie*, ubi factus vir mortuus est, &c.

Dum ista omnia ita agerentur, *Licentiatu* *Bartholdus Hammenstedt* *Concionator summi templi*, cepit languidius agere & mœrore confectus

Anno sequenti coacta est seditio rusticorum, ita ut multi ex Pontificiis urbem egredierentur, multi sese civibus & juri civitatis subderent sese, inter quos erat *impius suffraganeus & Henricus Horne Officialis* strenui alioqui Papista: Ideo jus & potestatem plenariam remisit Princeps *Electo* & *Archipræsul* urbi isto tempore, ideo caute egerunt Senatus & Præsides in urbe, ut suos in officio retinerent, ne quid vitarent. In tanta tamen confusione aufugit ex *Parochia Martiniana* Pontificius pastor *Hermannus Keye* cum *sacellano*, ideo ordinatur *Henricus Winkel* *Wernigerodensis*, Prior in *Monasterio Joannitico*, pastor ibidem. Qui in suo officio ut erat doctus, fidelis & syncerus, ita diligenter veritatem propagavit, Evangelique doctrinam reprehensis abusibus Pontificiorum sincere plantavit, & ab omni Missarum idololatria alienus erat. Monebatur per Consiliarios nomine Principis, ut si non semper, saltem diebus festis primariis missificaret, tandem hoc ei Princeps permisit, quod si vellet semel missificare in anno, ut tunc permaneret in officio. Nam erat lenis, placidus, affabilis & benignus erga omnes. Sed animosè respondit *Henricus Winkel*. Quod si simul juxta Papisticum morem, unam possem bona conscientia Missam celebrare possem vel centum aut mille missas celebrare. Quia ex *Nurebergensium* ordinatione percepi hanc sententiam: Ideo faciam quidem aliàs quicquid à me *Illustriss. Elector* exigit, sed hoc non possum. Ita est dimissus, sed eum suis sumptibus & senatus & aliquot cives aluerunt *Witeberga*, donec *Coadjutor* constitueretur *Brunsviga* in regenda *Ecclesia M. Martino Goroltio*, &c.

In locum *Henrici Winkel*s vocarunt Parochiani ad *D. Martinum & Sanatus Johannem Binnenstede* sed is quoque pedetentim coepit abusus Ecclesiasticos carpere & de sola fide justificante prolixius ex Paulo coram plebe docere, ideo ipse accusatur quoque Lutheranismi, & interdum citatus est à Pontificiis nunc ad hortum Petri, nunc in Prætorium Ecclesiasticum, nunc coram Cathedrali Capitulo, interdum coram unione, &c. Ut redderet rationem suarum concionum & doctrinæ. Et interea ei quoque variæ struebantur insidiæ: Interim cum per semestre perstitisset in officio, tandem ei novus Præpositus nomine Capituli Cathedralis tria proponit, ut ex eis tribus eligat unum, postquam Lutherana sparserit dogmata, ut illa publicè revocet & salî aquæque Lustrali benedicat & sit permaneatque pastor: Aut ut statim discedat ab officio: Aut nisi id fecerit, comprehensum ipsum iri & aquarum

rum profunditati immergendum. Sic ille redit ad Cœnobium & ibi aliquandiu privatim vivit, tamen male tractabatur à Præposito & ei sublatis sunt libri Lutheri atque eorum, qui cum *D. Luthero* faciebant. In istius locum suppositus est *Henningus Bösse* Procurator in Cœnobio, &c.

Sed instante messe anno Domini 1526. cogebatur curare familiam & Cœnobii negotia Procurator, ideo non potuit vacare concionibus qui aliàs non erat alienus ab Evangelio: quare rursùm necessitate compelli acti sunt, cum nullus alius ad manum esset, revocare in eum locum *Johannem Winnenstedium*. Postquam tentaret bis se exercere promotione Præpositus, ipsi malè negotium succedebat, & periculo quoque erat *Winnenstedium* remittere ad eum locum, unde ejectione erat, ideo de alio modo cogitant. Interim locato alio in archidiaconiana Pontificio, qui nominabatur *Henningus Langus* (qui & veritas atrocibus & armis volebat tueri Papismum) sed hunc propter protectionem coram Præsule accusavit Senatus, itaque est amovus ab officio. Vocarunt igitur senem procuratorem, qui etsi esset difficilis lingue nomine *Georgius* & senio confectus, fecit tamen quod potuit. Mox quoque cœperunt Parochiani ad *S. Johannem* vehementer instare pro impetrando pastore *Winnenstedio*. Ibi etsi esset in ea re difficilis Præpositus, tamen precibus vicinorum & civium multitudinis victus, coactus est ipsis gratificari invitus, sic tamen ut *Winnenstedius* esset cæcus & tectus propter suspicionem Lutheranismi. Sic ipse docuit per integrum triennium sincere doctrinam Evangelii, & considerantibus verbis recte abusus & vitia Pontificiorum taxabat: Ideo ex omnibus Parochiis consuebant ad ejus conciones. Interim accidit, ut delin-gato *Georgio*, (qui etiam propediem ad suam patriam Goslariam ver-sus tendebat & docebat ibi aliquoties in arde Sanctæ crucis) accederet collega *D. Theologus Conradus Feigenbus* (qui fuerat *Decanus Nieu-magi in Geldria*, sed ejectione erat propter Lutheranismum à Duce *Geldriae Carolo*) qui ad istam conditionem promovebatur operâ *Johannem Winnenstedii*. Sed postquam iste Doctor multa ex patribus citaret contra Pontificios, & propter priorem habitam dignitatem ac gradum lingu-laremque eruditionem in pretio esset & metueretur Pontificiis, gravissimè bonus vir defertur, ideo tantum ejus ministerium in ea urbe duravit à festo Trinitatis usque ad *Jacobi*, circa annum Domini 1528. Inprimis isti Doctori *Conrado Feigenbus* infensissimus hostis erat *Decanus*

nus summi templi *Johannes Marenholt*: Postea promotus est *Doctor Conradus Feigenbus* ad Parochiam administrandam, quæ est Nicola in urbe Principum Anholdinorum *Serveto*: Ita discesserat uterque ex Parochia Martiniana, quare rursus solus evangelizabat *Johannes Winnstedius*, & cœpit jam liberius docere in æde Johannis, quare & in periculo erat & ei insidia struebantur, itaque noctu, nunc in hoc, nunc in illo hospitio apud cives pernoctavit, ut ita periculum evitaret. Pergit igitur docere usque ad annum 1529. Quo anno instar te Quadragesimali tempore vehementer insulerunt cives & pii uditore, ut ipsos publicè communicaret sub utraque specie. Nam antea missam quidam absque Canone tantum uno Psalmo aut altero germanico interjecto celebraverat, & quosdam clam communicaverat, & nondum ita publicè. Cum igitur id suffragenus, Officialis & Canonici atque Præpositus ei prohiberent ex mandato Principis Electoris: Dixit ille, magis obediendum DEO quam hominibus, mihi majus est mandatum CHRISTI quam hominis Cardinalis & Electoris: Ideo non possum nec volo hoc institutum omittere: Quoniam cum diu multumque pro defendenda utraque specie laicis porrigenda disputassem pro concione, necesse quoque esse ut id verum esse meo exemplo & experientia demonstrarem: Et cupio hic à quoquam vestrum erroris convinci. Respondit mitissimè Officialis *Henricus Horn* (qui fuit *Niederodemus* & multis Scholis tum Halberstadii, tum *Wernigerode* benefecit.) Vides id non in nostro sed Principis Electoris arbitrio esse: Expecta tantisper donec faciamus periculum, si forte id tibi impetremus à Præsule. Idem dixit *Winnenstedio* Capitaneus Ditionis & Capituli *Henricus ab Heim*. Persuasus *Winnenstedius* intermisit hoc usque ad Dominicam Jubilate, sed nihil fiebat, erat enim vana dilatio & pro rogatio. Quare cum videret *Winnenstedius*, se nihil efficere, sibi que non licere progredi in administratione Sacramentorum juxta Christi mandatum, progreditur in publicum Dominica Jubilate, & in ea concione valedicit populo. Etsi verò eum detinere cuperent Præpositus & aliquot Ecclesiastici cum civibus: Tamen perstitit in sententia: Ideo habuit hospitium apud piissimum civem *Heysium Rulingium*: Tandem elabitur *Brunsvigam* & visitat ibi pios fratres & amicos, *Magistrum Martinum Gorolium*, *Henricum Winckel*, *Johannem Wiffel* & veterem suffraganeum *Matthiam Gadensem*, in Cœnobio *Ægidiano*. Confirmatus ab illis regreditur *Halberstadium* ad colligendam stipem, quam

quam ei pii congefferant in usum studiorum suorum, quæ *Winnestadio* continuare decreverat: Quoniam ad 300. daleros contulerant eius parentes in Cœnobium, ex quo ille nihil retulit aut accepit, &c. Cum autem innotesceret rediisse *Halberstadium* *Johannem Winnestadium* collegit ad hortum Petri unionem clericorum præcipuorum Capitaneus novus ditionis *Philippus Mesebuck* / & *Winnestadium* expectante Senatus vocavit amice, ut coram illo Synedrio compareret. Ille ductus est per duos Senatores, qui ipsi prius saluum conductum intraverant ab eodem Capitaneo: Et quidem ab Hospite *Hesione* *Winnestadium* gravissimè ad constantiam admonitus, atque similiter Senatus ab eodem adiguntur & confirmantur, ut sincere & candidè *Winnestadium* tueantur, & eidem fideliter astent. Compromittitur *Winnestadio*, quod ipsum in primis petant in *Parochiam* *Martinianum*, sive *Johanniticum*, ea lege, ut simpliciter doceret pro cacione, & aliis Ecclesiæ exercitiis & ad ministracione Sacramentorum non occuparetur, sed ab eis semper liber esset, utque haberet honestum ædificium in *Martiniano* cœmeterio. Hic se difficilem prebet, sed persuasus & rogatus à Senatu ibidem magno numero congregato, tandem isti conditioni acquiescit. Interim gaudentibus Senatoribus & piis eique congratulantibus præter omnium expectationem accidit, ut omnia inverterentur & irrita fierent: Quoniam dum totum negotium esset jam transactum, dixit Capitaneus *Philippus Mesebuck*: *Eben* *Johann* / nu müßet ihr euch wieder lassen die Platten scheren und Batzen und die Rappen anziehen. Ipse respondit: *Warum gestrenger Hauptmann* / Is respondit, propterea ut cognoscatur ab omnibus, se rediisse ad iterum Ecclesiasticum & spirituale. *Damit daß die Leute sehen / daß er wieder geistlich geworden sey.* Hic iterum respondit *Winnestadium*: *Macher denn Kappe und Platte geistlich oder einen geistlichen Mann / so könnte auch dermassen wol ein Ochse oder Esel zum geistlichen Mann gemacht werden: Ich hab der Meynung nicht die Rappen abgelegt / daß ich sie wieder annehmen / ic.* Hic incandescens Capitaneus jubet Senatus eum vinctum incarcerationem, donec ablegaretur ligatis manibus & pedibus Cardinali & Electori *Alberto Hallam* usque. Sed respondit *Winnestadium* esse seditionem & omnium maximum periculum, si *Winnestadium* fieret vis, postquam jam multi ex famulis opificum sese congregassent. Ideo execrando tandem mandat *Winnestadio* Capitaneus, ut

diſcedat ex Regione Halberſtadenſi, & in poſterum nec in urbem, nec in ditionem veniat. Reſpondit autem *Winnenſtedius*: Könnnt ihr Puren und Buben leiden / den billig ſolte das Land verbotten werden / warum könnnt ihr denn mich nicht leiden / der ich hab nichts Böſes gethan? Bin ich ein ſolcher Gefelle / der da ſolte verweiſet werden / und von Land / Leuten und Städten abgeſondert ſeyn / warum wollet ihr denn iſt mich wieder um zum Prediger haben? Darum wil ich ſolch Gebot nicht auffnehmen / wil mich auch mit nichten verſehen / daß ihr des ſchriftlich Befehl vom Churfürſten habt. Hic modeste interloquitur *Henricus Horn Officialis, Capitaneus tibi o Domine Johannes non intercidit vias, itinera, item liberum ingreſſum in civitatem velegreſſum, ſed tantum jus habitandi & perſeverandi in hac ditione, quam diu ejus doctrinae es, quam ferre adhuc nequit Princeps Elector & Cardinalis, &c.* Sic diſcedit *Winnenſtedius*, & ad feſtum Pentecoſtes abiit *Magdeburgam* & convenit *L. Nicolauum Ambſtorffium* & ejus fidelem Coadjutorem *Johannem Frighans*: Deinde ad Dominicam Trinitatis venit *Witebergam*, ex qua poſtea per *Doctorem Lutherum*, & *Doctorem Pomeranum* miſſus eſt *Eimbeccenſibus* cum *Franciſco der Widenen* / quondam Franciſcano Halberſtadenſi, in concionatorem anno 1529. Et tunc Pontificii ſefe *Halberſtadii* collegerant, ut Doctor *Lüder*, ein *Pauliner Münch* aus *Braunſchweig* / *Doctor Rungius*, ex *Cöenobio Franciſcano Hannoverenſi*, *Baldwinus* quidam *Monachus* in der *Gulſe für Hildesheim* / *Doctor Johannes Zyrenbergius*, und endlich Anno 1539. *M. Johannes Matthias* aus *Quedlenburg* geſtauffen: Qui ibi docebant. Sed oves non audierunt vocem eorum, ſed abierunt in *Comitatus Regenſtein* / *Stolberg* / *Berningerode* / *egliche nach Derneburg* / *egliche nach Quedlenburg* / *egliche nach Magdeburg* / *egliche nach Weſterhauſen* / ut ibi audirent verbum CHRISTI, &c. Interim ibant ſepe in magno periculo, quia multis inſidiabatur *Capitaneus Philippus Meſebuch* / homo profanus, &c. Sic tandem permanſerunt in *Cymeriis tenebris Halberſtadenſes* usque ad annum 1540. Quo tempore cum à ditione *Magdeburgica* & *Halberſtadenſi* exigeret *Electoꝝ & Cardinalis Albertus Brandenburgicus* grandem pecuniam, & novas argenti emundiones ſubditis utriusque ditionis imponere ſtuderet, convenerunt *Proceres* utriusque ditionis & nomine civitatum reſpondit conſtanter *Conſul Magdeburgenſis*: Nihil concedi & permitti poſſe à *Rectoribus urbium*, niſi libera permittatur ipsis religio *Auguſtanae Confeſſionis*, alioqui nihil impetrabunt apud ſuos qui domi

Sacramenta administrare ad tempus: Qui quum hoc fecisset, post 9. Hebdomadas elapsas revocatur Winnenstedius Quedlenburgum, quia dum tunc decrevissent alium vocare, ecce ei successit *Clemens Ursinus*, civis filius. Qui verò erat ad S. Paulum constitutus à Pontificis Parochus, consentit aliis, & factus est Lutheranus, & ad aliorum consilia administravit sua divina, cujus nomen erat *Joachimus Crabergius*, &c. Sic ibi permanit doctrina Evangelii usque in hodiernum diem, &c. Nisi quod tempore Interim ejiceretur *Clemens Ursinus*: Hoc tempore fuere ibi Superintendentes *M. Daniel Gressenus*, & post illum *M. Christophorus Fischerus*, Senior uterque eloquentissimus præco.

De Scholis Evangelicis ibidem.

IN Collegiatis Ecclesiis vel in Cathedrali Ecclesia nulla erat idonea Schola. Etsi ad Scholas ordinasset bene instituendas olim, celebria stipendia quidam Cathedralis Præpositus *D. Balihasar Nuenstadt*: Ideo de consensu Senatus habuit primam ibi Scholam Evangelicam *Balthasar Meistorff* / quidam sacrificulus, Papalis in horto Antonii, quem ex Schola majoris Ecclesia Canonici dimiserant, propterea quod pueris liberius explicasset Evangelium, audientibus ante januam Scholæ quibusdam ex plebe. Interim & ille dimittitur ex instantia Capituli Cathedralis, sed ad priorem stationem revocatur & ordinatur pastor à Senatu in grossen Quensiedde / ubi docuit pro suo dono. Sed dum esset in metu & periculo moritur, ereptus ex omni timore. Postea eruditibus custodibus Scholæ committebantur, qui fuerant omnes sacrificuli, ut *Henricus Rock* / *Autor Arnedes*, *Heisus Borhardus*, pii Christiani, donec opera consulum & senatorum piorum inprimis *Doctoris Alberti Meige* / *Georgii Lampen* / aliorumque, &c. in novo edificio (ubi quondam militum sacrorum locus fuerat dictus *die Gottes Ritter*) locant Scholam & constituunt ibi primum *Ludimagistrum Nicolaum Kistenerum*, (qui postea promotus est *Doctor*) & ei successit *Magister Christophorus Colerus*, cui nunc Senatus impetravit in usum Scholæ Paulinianorum Monachorum Cœnobium ab Electore Cardinale & Præsule, sed vacante sede, & mortuo Episcopo fit à Capitulo mandatum per majorem domus vel Prætorem Capituli majoris, ut discederent ex Cœnobio Paulinianorum. Illi ex Cœnobio discedentes ad priorem locum Præceptores cum discipulis cecinerunt: Ach Gott vom Himmel sich darin / und laß dich des erbarmen

men/2c. *Colero eunte ad conditionem concionatoris in Quedlenburg, sci-
sciendam, succedit M. Johan. Kregelius, & deinde Lazarus Arndt, &c.*

In Cœnobio Monialium *Domina Anna Zwendorffs* / & reliquæ vir-
gines in *Stotterlingburg* / &c. susceperunt doctrinam Evangelicam, & ac-
ceperunt publicè pias in Cœnobio Scholas alere, sed anno 1577. sede
vacante post mortem *Frederici Archiepiscopi*, hoc agrè ferentes in vir-
ginibus istis piis Capitulares Cathedralis, dant dono hoc totum Cœnobium
cum omni jure & privilegio cuidam Capitaneo *Johanni à Barbi*, ut
is superflites virgines tenuiter aleret, propterea, quod reformatio-
nem suscepissent. Hoc factum reliquorum Cœnobiorum matronarum
& virgines Monachosque valde terruit, ne in posterum auderent do-
ctrinam Evangelicam amplecti.

DE ECCLESIA QUEDLENBURGENSI.

OMnium primo docuit *Quedlenburgi Evangelium* *Vincenzus*, quidam
Monachus ordinis Augustini, quem *veneno* sustulerunt *Mo-
nachi Franciscani*. Deinde post illum idem hoc strenue fecit *Ju-
chimus Volckmannus*, pastor ad D. Bededictum, cui quoque venenum
prepararunt, ut in morte supra modum intumesceret: *Wo / doch er
von Dickheit kaum können in den Sarg gelegt / und zum Grab getragen
werden.* Post illum tertio *Quedlenburgi* docuit *N. Behmannus*, pastor
Neapolitanus, & ille quoque dicitur veneficio enecatus esse, &c.

Cum autem nemo esset, qui deinceps publicè doceret, erant in
horto S. Johannis duo Presbyteri, alter blæsus vel titubans admodum
lingua, alter cæcus: *Balbus & titubans* (quem aliqui mutum vulgè
cebant) *prælegit ex Postilla Lutheri Evangeliorum Dominicalium explicationem*,
& ex novo testamento aliquot capita & alias interpretationes
& scripta Lutheri, ipsi cæco. Cæcus qui objectis non impediebat
hæc memoriæ insculpsit, & eleganter pro concione ad plebem reser-
vit: Ita ut magnus aliquandiu esset concursus ad cæci Presbyteri, *di-
Benedictus N.* conciones audiendas: Balbo nomen erat *Teleman-
Dencke*. Ideo hic accidit, ut cum CHRISTO respondente *Pharisæis*
si hi taceant, lapides loquentur, &c. Oportuit igitur cæcos & co-
tos hoc præstare, quod alii sani præstari noluerunt.

Postea docuit pure in æde *S. Blasii Johannes Surke* / sed illum ap-
prehendit *Philippus Mesebuck* / (qui tunc ibi erat Capitaneus, nomine
Geor-

Georgii Ducis Saxoniae) & dum vincum traheret, magna frequentia hominum sequebatur, quos dum murmurantes audiret, metuit sibi; ideo *Sarkium* dimisit, sed ita ut cogeretur discedere: Et in ejus locum supposuit Pontificium *Henricum Backrodt*. Interim dum ex *Starstede* ejicitur *Laurentius Doner* (dem der Teuffel beichten wolte auf den Christ-Abendt / und der sonst vom Teuffel viel gelitten hat / davon in den Romis D. Lutheri zu lesen.) Suscipiunt ipsum *cives in Quedlenburg* / & introducunt in Ecclesiam Parochiae *Aegidiana*, ut ibi concionaretur. Illi vehementer restitit, *M. Johannes Matthias*, Pontificius ibidem pastor. *Laurentius Doner* non potuit habere hospitium alibi, quia illas aedes Ecclesiasticas occupaverant passim ventres Pontificiorum: Imo etsi vacaret domus parochiae, tamen impediabatur tyrannide Pontificiorum, ne eam occuparet, denn die Gesellen pucheten immer mit *Herzog Jorgen von Sachsen*. Ideo *cives* ei conduxerunt *civis Joachimi Orthonis* aedes. Sed non diu superfuit: Moritur enim cito sanctè & piè in Christo. Et ei denegarunt Pontificii Ecclesiasticam sepulturam: sed invitis illis funus fecerunt pio viro in cœmiterio *D. Benedicti per scholasticos* canentes sacras cantiones, pii *cives*.

Tandem mortuo *Georgio, Duce Saxoniae*, vocatur ex *Goslaria Joannu Winnestadius* ad Parochiam *Blasi* anno 1540. & alii plures, qui mox abjectis Pontificiis reformarunt Ecclesiam *Quedlenburgensem*. Perstitit in officio ibi *Winnestadius* usque ad annum 1568. quo mortuus est. Et extant ejus aliquot eruditæ, super 58. Psalm. & in Evangelium tertiae *Dominicae* adventus explicationes, imprimis autem contra *Sacrilegos* nostri temporis, qui ita ad se bona Ecclesiastica clam vel palam transferunt, eruditissimum & piissimum edidit scriptum, cui præfatus est *D. Joachimus Morlinus*, & *Licentiatus Autor Lampadius*, &c. vir fuit pius de Ecclesiis *Halberstadensi*, *Eimbeccensi*, *Huxariensi*, *Goslariensi* & *Quedlenburgensi* bene meritus, mortuus in CHRISTO JESU, &c.

Fuerunt passim diversis temporibus collegæ (& credo quod ante ipsam adhuc ibi Evangelium docuerit *M. Marcus Schulten*) quidam *Sylvius* vir doctus, *M. Christophorus Colerus*, *Joannes Poto*, *M. Simon Kleinschmidt* / *Joannes Majus*, *M. Andreas Ernestus* (quem ejecerat cum suo *Sacellano Joachimo* Præfectus vel *Capitaneus Ducis Electoris Mauriti*, sed recocatus est à *Domina in Quedlenburg*) *M. N. Spurerus*, *Henricus Sartor*, quidam *Adamus*, *Marcus Stolte* / *Herbordus Wolbeck* /

M. Johannes Rhegius, Michael Schmith / Gandershemius, &c. multique alii. Postea docuit Quedlenburgi ad S. Benedictum M. Johannem Bertramus.

De Scholis.

POSTquam M. M. *Ipsius*, vir doctissimus, valde commendatus D. Philippo Melanchthoni, juniores *Comites de Stolberg / ut Ludovicum, Henricum, Albertum, Georgium, & Wolfgangum Ernestum* instituit, & jam *Scholam Quedlenburgi* aperiret, fideliter quidem docuit, sed nihil stipendii accepit, ita ut strenuè egeret & ex penuria sepe animam ageret: Ideo mortuus est cum quibusdam ex suis discipulis anno 1539, peste, sepultus in aede D. Nicolai, &c.

Anno 1540. opera concionatorum piorum aperitur *Scholam Quedlenburg / & vocatur ad Scholæ gubernacula M. Wernerus Steinanus* (qui postea factus est *Superattendens in Comitatu Barbiensi*) *M. Christophorus Syngelius* ad munus Conrectoris, &c.

Concionatores cum Ludimagistris in Quedlenburg & Gemede publicas Theses vel Propositiones decem contra Sacilegos, auferentes clam vel publicè Ecclesiis & Scholis bona Ecclesiastica, ediderunt & de his disputarunt publicè anno 1540. Quas deinde auxit & locupletavit *Joannes Winnensfeldius Halberstadianus* anno 1541. & sic locupletatas prælo commisit Magdeburgi: Anno 1568. Eruditissimus in *Quedlenburg / est Rector Scholæ M. Basilius Faber, &c.*

De DUCATUS BRUNSWICENSIS

(Qui est

HENRICI Junioris,

Ducis Brunswicensis & Luneburgensis, &c.)

ECCLESIIS REFORMATIS, &c.

CUM anno 1542. eiecissent *Electo Saxoniae Johannes Fredericus Landgravius Hassia Philippus*, communi sociorum Schmalkaldicæ foederis nomine, ex patria hæreditate & Ducatu suo avito *Principum Brunswicensem & Luneburgensem Ducem* magnanimum, curam quoque statim visitari & reformari Ecclesias, ut ad hoc opera *D. Johannis Bugenhagii Pomerani, M. Antonii Corvini, & M. Martini Grollitii*. Visitationis initium factum est in Octobri ejusdem anni per

dictos Theologos, adhibitis his sequentibus Nobilibus, *Theodoro de Faubenheim / Henrico de Steinberge / Georgio de Dannenberge /* atque quodam *Johanne Hamstet.* Duodecimo igitur Octobris, sumptum est initium in Cœnobio *Räyser & Lutter* / altero die in *Marienthal* / sequenti in *Cœnobio S. Lutgeri Helmeftediano*, & in Monialium Cœnobio ibidem. Decimoquinto die in *Cœnobio Scheningensi.* Et sic ordine pergebant. Erat in Cœnobio *observantico Gandershemii*, tunc temporis Monachus *Henningus Reife* / qui primo se contumeliosis verbis opposuit visitatoribus, sed postea factus est mitior, & similiter confusus est, ut nihil posset respondere.

Cum jam absoluta esset visitatio, tractarunt & deliberarunt de Reformatione instituenda: Ideo conscribit ad initium anni 1543. *Ordinationem & Reformationem Ecclesiasticam in usum hujus Ducatus D. Bugenhagenii* Pomeranus, consentientibus aliis duobus Theologis, ubi in præfatione de Traditionibus necessariis vel non necessariis disputat, & de auctoritate verbi DEI, & libertate ceremoniarum, item de vero usu conciliorum, deinde de pœnitentia & articulo justificationis, tertio, de bonis operibus, & eleganter refutat objecta, quæ objici possent, imo locos scripturæ, qui ei vel objici potuissent, aut objecti erant, diligenter explicat, ut *Matthæi 25. &c.* addito tractatu de superstitione, vana operum & eorum justitia vana, &c. & cur quove sine sint facienda bona opera, &c.

Primo loco in illa ordinatione de doctrina, ut de lege & Evangelio differit, & formam mox tradit de bonis operibus rectè differendi, item de usu, institutione, effectu & substantia Baptismi, Eucharistia Sacramentorum, & quid de his tradendum sit, taxatis Pontificiorum abusibus in consecranda & unguenda aqua, in idolomania Missæ, circumgestationis adorationisque panis & unius speciei Eucharistiæ: Mox quoque ibi dicitur de usu vero precationum, item de patientia sub cruce. Sequitur tractatus de Matrimonio, & ejus institutione & fine, & de abusu ejus usurpato Pontificiis. Post hunc tractatus de magistratibus, eorum auctoritate, & officio, & de reliquis statibus hominum.

Secundus locus continet Paragraphum de Concionatoribus & Ludimagistris, atque de usu Ecclesiasticorum bonorum, de ordinatione pastorum & concionatorum per oppida & pagos. Imo *Superatendentes* constituerunt in Ducatu, ut *Doctorem Cyriacum Mollerum* (qui postea abiit ad Principes Anhaltinos) *Wolffenbuti*, qui per multas præ-

fecturas debebat ibi Inspector esse: Item *M. Matthias Bractorius Gadershemil Superattendens* constituitur, cui successive erant collegæ *Conradus Hollenstedei*, *M. Simon Gobelinus* & *Augustinus Drincmann* (quibus magna cum laude ibidem Scholæ præfesset *M. Johannes Cæcilius*, *Brunsvicensis* cum aliquot collegis.) Item *Helmstedii* ordinatur *Superattendens Georgius Schlofferus*, cui fuit collega *Bartoldus Appelti*. Item in oppido *Docknem* / *Johannes Engelhausen* / & in oppido *Ulfeldi* / *Henricus Vogelmannus*. Illi præcipui ordinabantur *Superattendentes* & ipsi assignabant certarum præfecturarum Parochias, quibus præerant, ut in ordinatione excusa *Witebergæ*, legitur. Tunc temporis erat *M. Franciscus Marshausus* in oppido *Schausen* *Concionator*, & *Thomas Blücher* in *Gittel*. Sequitur in ordinatione, forma visitationis, & quomodo agendum cum viduis pastorum defunctorum. Sequitur deinde tractatus *de novo Consistorio* ordinando in collegio *Brunsvicensi*, ubi debebant ordinari unus *Concionator Theologus*, & duo *jurisconsulti* propter causas matrimoniales (quæ tamen cum Theologis debent imprimis secundum scripturam & non secundum jus Canonicum tractari.) Item, *Canonicus* debebat constitui, qui esset *Græcæ* *lector*, & unus qui *Hebræam* linguam profiteretur: *Tres illi Theologi* debebant *superpremi Superattendentes* esse, & in rebus *Matrimonialibus* adhibere *juriconsultos*, &c. Hic disputatur, quod dictum sit *Capitulum à Capitibus*, & quod *Canonici* sint dicti à *Canonica scriptura*, quod ibi *intercollegiatis* illas olim sint lecta capita aliquot ex *Canonica scriptura*, &c.

Sequuntur mox *ceremonialia*, ut de *Scholis* & earum forma, de *Vespertinis* & *Matutinis* precibus ac *cantionibus* formandis: De *pietate* & *exercitiis*, de *Catechesi* exercenda. Quomodo *cœna Domini* administrari debeat, de *forma concionandi*, & deinde *oratio* post *concionem*, & de *concionibus* quæ debent in *septimanis* fieri de *festis*, item de *baptismo*, und *von der Noth-Tauff* / differitur quoque de *confessione* & *Absolutione*, de *visitatione infirmorum* & de *nuptiis*: De *vero usu* & *abusu imaginum*, de *excommunicatione* *vera* & *falsâ*, de *sepultura* & *funeribus* pie faciendis: Item de *oblationibus*, de *ordinatione Concionatorum*, de *bibliothecis*, & de *discipulis*. Postremo sequitur *forma instituendæ Scholæ*, tam pro *pueris* quam *puellis*, & *ordinandi promptuarii*, in quod colligerentur *elemosinæ* in usum *pauperum*. Editus est quoque *liber latinus* de *usu vero Monasteriorum*, de *abusu eorum*, & de *vanitate veterum*, quæ ostenduntur *Ethnica* esse, &c.

Fuit *Wolffenbuti* Concionator præcipuus *Wernerus Elendesius* circa annum Domini 1546.

Ista ordinatio & præscripta forma, duravit per totum Ducatum intempus, & erat ubique pulchra Harmonia, atque diligenter ubique Catechismus & vera doctrina exercebatur: Pastores & Superattendants ubique suum faciebant officium, usque ad annum 1547. quando reversus est *Dux hæres* harum ditionum, exemptus ex vinculis & periculo, *Henricus junior, Dux Brunsvicensis & Luneburgensis*. Illo revertente omnes ministri Superattendants & pastores Evangelici fugati sunt, non sine jactura suorum bonorum; interim quidam *rurales pastores*, & alibi ventres in vicis & locis bonis constituti, susceperunt vel potius receperunt Papisinum. Omnes isti quorum nomina expressi, fugabatur, &c. Et duo referam quæ sunt notatu dignissima. Etili reliqui omnes turpiter quidem ex loco suo ejicerentur, tamen imprimis *Johannes Engelhausen* miserè tractabatur: Post regressum *Ducis Henrici* appenditur ejus *janua virga*, & duo calcei ad denotandum, quod ei ignominiose discedendum sit. Postea exiens *urbe Bofenem* excipitur à duobus civibus Pontificiæ religionis, & gravissimè cæditur ac vulneratur, ut semivivum eum relinquerent. Quem ita vulneratum & sanguine conspersum reperiebant pii, & restituebant ac curari vulnera ei inflicta gravissimè, operam dabant, &c. Deinde à *Johanne Danckwart / Præfecto in Stoiffenborg /* non solum ejicitur *Thomas Hasius*, ex hoc Ducatu & oppido *Gittel /* sed eum omnibus bonis spoliavit is *Danckwartus* sub nomine, aut ut dixit, autoritate Principis. Quod tamen multis non videbatur esse verisimile. Et nisi *Hasius* clam evasisset, etiam de vita periclitatus fuisset. Postea apud Ducem auctoritate valebant Pontificii, ut *Bernhardus Easthausen / Hammonensis spinosus Papisita, & Henricus Helmsius, Monachus Observanticus in Gandersheim /* commendatus *Henrico Duci per Johannem Gropperum*. In hos erat liberalis Princeps (qui ab istis seducebatur, alioqui natura bonus & pius) & isti duo strenue per totum Ducatum propagabant Papisinum, & si qui purius docebant, eos miserè affigebant aut ejiciebant, maximamque exercebant Tyrannidem in pios ministros. Suos autem & sui ordinis ac religionis socios, mirificè promovebant. Extant *Postillo*, item alia opera de fide, & de operibus, & de charitate, scripta ab *Henrico Helmsio* in Deum & homines contumeliosa, furoris plena & impia, ubi dicit nullam unquam esse aut fuisse pestilentiore hære-

sim, quam dicere: Nos sola fide per Christum justificari, cum ficta antiquitas locuta sit, item, imitatione CHRISTI nos salvari, &c.

Ejus scripta *Caspar Genepeus* excudit Coloniae, &c. *Bernhardinus* erat astutissimus vulpes & homo callidus, qui emungebat argento miferos pastores. Mortuo jam *Helmesio* in ejus locum vocavit Princeps suam *Vicecancellarii Ludolphi Halverii* Doctoris J. U. quendam Jesuitam *Petrum Hoyet* vel *Capitium*, insignem Pontificiarum practicarum nonquam ordine Jesuitam, qui non levia pericula piis peperit: Uterque erat scortator, sed manifestior *Bernhardinus*, &c.

Petrus Ulnerus Gladenbachius Juliacensis fuit anno Domini 1558. Concionator aulicus Ducis *Henrici*, & contraxit in compendium *Philippam Johannis Feri*, ubi etsi quaedam (eaeque tamen paucae) imperia Pontificia, tamen in multis videtur rectè accedere ad nostram doctrinam, nisi quod in Praefatione de nostratium Theologorum *diffidius* dicat & referat.

Huic *Petro Ulnero* promoti ad Abbatis *Imperialis Monasterii Berghensis* prope *Magdeburgam*, dignitatem amplissimam, succedit ejus *Coterraneus Henricus Humelius*, qui cum Lutheranismus inciperet, periclitatus est de vita: Et dum deliberatio fieret de ipsius potestate Abbatibus ditionis ex mandato Principis, opera *D. Petri Ulneri*, inspecta, dedit *Andreas Lugdunensis Anglus Abbas in Umelsborn* vir praecipue auctoritatis inter Abbates, & non alienus à nostra religione, ut pro illa pronunciaretur, ut tandem carceri eximeretur. Totam historiam contexui in descriptione *aulae Clivenfis*, quò ad Ecclesiastica negotia, &c.

Humelio succedit *Henricus Rudolphus*, sed dum & ille suspectus esse Lutheranismi, & ei insidiarentur alii, ipse ex instinctu, & de auxilio aliorum eripitur è periculo antequam ei manus injicerentur, &c. *Promisit Dux Henricus ex concessione Papae, utramque speciem omnibus, anno 1567.* sed sub certis conditionibus, quas scripsit, & edidit sub Principis nomine *Petrus Capitius Jesuita*: Conditiones sunt impiissimae: *Bis de Johanne Geander* ex oppido *Helmestadio*, propter doctrinam Evangelicam ejectus, sub nomine *Henrici Ducis*: Unde quoque anno 1525. ejicitur *Conradus Bolem*: item, *Theodorus Heideman* *Wonslorpiensis*, anno 1557. ejectus est, ex oppido *Gandersheim* / & multi alii passim ejecti sunt, propter doctrinam Evangelii ex delatione *Helmesii*, & *Bernhardini*, & deinde *Petri Capitii* Jesuitae (*Hoyet*) & isti habebant Pontificia

Patronos multos passim, quibus adjunctus erat magnus Pontificius, *Joannes Schnorus*, *Canonicus Ganderheimensis*, qui quoque multos dicitur detulisse apud *Helmestum*, qui postea periclitati sunt. Fuit nunc quoque magnus Pontificiorum Patronus, *D. D. Ludolphus Halverius*, *vici Cancellarius*.

De REFORMATIS ITERUM ECCLESIIIS

Sub Duce Brunsvicensi & Luneburgensi,

Domino J U L I O,

Ducis HENRICI filio & unico Hærede.

Mortuo anno 1568. *Henrico Duce Brunsvicensi & Luneburgensi* (qui se juniorem appellavit, & remotis Pontificiis, in agone se unico **CHRISTO** consecravit, & eum ardentè invocavit, & sic placidè mortuus est) succedit ei unicus Hæres, & filius Illustrissimus *Dux Julius*, (quem ad gubernationem patriæ citra & præter opinionem multorum, vocatum esse divinitus ex singulari **DEI** gratia, norunt omnes pii quotquot hodie vivunt.) Nam licet ei *Episcopus Mindensis & Paderbornensis* deputatus esset viventibus fratribus *Carolo victore*, & *Philippo Magno*: tamen ipsis bello sublatis, voluit quidem **DEUS** eum fore hæredem Ducatus, sed huic adhuc restitit pater, *Dux Henricus*, qui duxit *Polonia Regis sororem Sophiam*, ea spe, ut inde hæredes gigneret, sed cum nec ex ea produceret hæredes, cogebatur agnoscere voluntatem **DEI** esse, ut filium Ducem *Julium* constitueret hæredem, electa ipsi conjuge *Hedviga*, filia Electoris Brandenburgici *Joachimi*, &c. *Dux Julius* facit funus patri more Ecclesiarum nostrarum, & habuit concionem funebrem *D. Petrus Ullnerus*, Præsul imperialis Monasterii *de Berga prope Magdeburgam*, quæ postea editur, addita descriptione cæremoniarum & pompæ funebris, &c. Hanc quidam Pontificii mirum in modum publicis scriptis fugillarunt, ex instigatione *Petri Hovet Jesuitæ*. Statim cogitat *Dux Julius* de dicto **CHRISTO**: Primum quærite regnum **DEI**, &c. Ideo omnium primò in initio gubernationis suæ adjicit animum ad puriorem religionem in Ducatu patrio propagandam. *Petrus Hovet* vel *Capitius*, Jesuita, petit dimissionem, quam impetrat; *Bernhardinus Easthausen* docens in templo, dum videret & audiret *M. Johannem Pratorium*, & *M. Jonam Gant*

Gansen canere: Erhalt uns HERR / 2c. Ist dir wol so bleib duen / 2c. Item / Es ist mit unserm Thun verlohren / wir verdienen nicht dem ein Zorn / 2c. dixerat pro concione. Diese Worte sind dem Reichthum dem Hindern gekommen / und riechen nach der Herberg / 2c. Sic est illi alienigenam impositum, & hoc pacto ille Halberstadium discessit, &c.

Mandat igitur D. D. Martino Kemnitio Superintendenti in locum Brunsviga Princeps, ut is describat corpus doctrina, in quo se fideliter præstitit D. Kemnitius: mox quoque ex sui cognati Illustrissimi & clarissimi Principis D. Christophori, Ducis Wirtenbergici (erant enim Dux Christophorus, & Dux Julius consobrini) regione amplissima Doctorem Jacobum Andrea mitti petit, & hunc cum Doctore Kemnitio, & D. Ulnero, Abbate Bergensi prope Magdeburgam, adhibet visitationi Canoniorum & Ecclesiarum totius Ducatus, quibus conjungit D. Carolarium Doctorem J. U. virum clarissimum Joachimum Myssingerum de Grundek, Doctorem Bartolum Richium: item, tres Nobiles, D. Conradum à Zwichelien, Franciscum Krammium, & Henricum de Mhden. Finita visitatione diligentem navant operam in describenda ordinationis forma, & de disponendis ministeriis duo prædicti Theologi. Quæ cum esset demum absoluta, editur sub nomine Illustrissimi Principis Julii Wolfenbuti, in initio anni 1569. cujus capita cum in omnium omnibus jam sint, non adjiciam, nec opus erit. Eam comprobavit in publico confessu Generales Superintendentes, faciente verba Hamelmanno.

Etsi Viti Neuberi opera primum uteretur Princeps, tamen eum tandem dimisit, nec visitationi adhibuit, propterea quod is de re Sacramentaria suspectus esset, licet esset doctus experientia & eloquio præstans: ideo D. Johannis Prætorii, deinde Henrici Rodolphi opera usus est in aula, qui fuere ad tempus aulici concionatores. Omnium autem primo in Professore novi Pædagogii Gandershemii inque Generalem Superintendentem, ego Hermannus Hamelmannus L. T. vocabar, ex commendatione Doctoris Martini Kemnitii, & Doctoris Jacobi Andrea, uti agerem Inspectorem, ubi magna erat seæ, & colluvies Pontificiorum Monachorum, Nonnarum, quod ipsi per me, qui dicebar in patris exercitatus esse, possent vel converti, vel erroris convinci, &c.

Nemo autem unquam ausus fuit ex omnibus istis Pontificiis Gandershemii, mecum conferre, etsi quidem inter illos essent bene docti viri, ut Johannes Schnorns. Impetravit verò Illustrissimus Princeps

à Senatu Lemgovienſi, ut in gratiam ejus Celſitudinis me amice dimitterent. Poſtea interfui aliorum quorundam examini; Et ita tandem ad æſtatem anni 1569. conſtituebantur miniſteria, ut quinque ordinarentur *Generales Superintendentes* (quibus debebat *Generaliffimus* proponi) quorum unus eram conſtitutus *Gandershemii*, deinde *Wolffenbuti* ordinatus eſt *M. Nicolaus Budanus*, cui primo *M. Jonas Gaſen* fuit Collega, & poſtea *Laurentius Tungerus*, &c. In urbe *Helmeſtedio* *Johannes Geander* conſtitutus eſt *Generalis*: In urbe *Alfeldia* *M. Nicolaus Erbenius*, & in oppido ſive urbe *Boſenem* *M. Chriſtophorus Jacobus*, &c. Et hiſ ſubjecti ſunt aliquot *ſpeciales Superattendentes*: Sub me *Hammelmano*, conſtituti ſunt hi ſpeciales, *Henricus Dalemius*, paſtor in oppido *Sehauſen* / *Georgius Tappius*, in oppidulo *Salkgitter* paſtor, *M. Johannes Wackerhagen* / in pago *Ulſhauſen* paſtor, & *Henricus Rodolphus* ex aulico concionatore factus paſtor in *Grein* / &c.

Speciales ſub *M. Nicolao Budano*, *Generali* in *Wolffenbüttel* / cui dimiſſo ſucceſſit *M. Johannes Rupertus*, conſtituuntur hi ſpeciales, *M. Georgius Leſebergius*, in oppido *Salkſdalen* / *Herbordus Wolbeck* / in oppido *Schoppenſiette* / *Georgius Zangerus* in *Sawingen* / *Nicolaus Bergius* in *Burgdorff* / *Melchior Neophanius* in *Barum* / &c.

Sub *Generali* in *Alfeldia* *M. Nicolao Erbenio*, conſtituuntur *Speciales Superintendentes* *M. Joannes Nigrinus*, paſtor in *Holzminden* oppido. In pago *Galle* *Jacobus Fovius*, in pago *Groſſenfreden* / *Conradus Jannus*, in pago *Dieterichholghauſen* / *Joannes Henniſius*.

Sub *Generali* in *Helmeſtadio* *Johanne Geandro*, cui poſtea ſucceſſit *Henricus Humelius*, conſtituuntur *M. Johannes Greiffenhagen* in *Kayserslutther* / item in oppido *Scheningen* *Lazarus* quidam.

Sub *Generali* in *Boſenem* oppido *M. Chriſtophero Jacobo*, conſtituitur *Henricus Schultius*, in pago *Diſburg* / & deinde in *Badeſenſtein* *Joaſchimus Auvenus*.

Illi omnes coguntur ſingulis ſemeſtribus juxta formam ordinationis viſitare & *Eccleſiarum* & *Scholarum* rationem habere: Deinde reddunt rationem, de ſuo officio coram *Generalibus*, & illorum conſiliis utuntur & ſpeciales *Superattendentes*. Mox *Generales* omnia exponunt in *Synodo* coram *Dominis Conſiſtorialibus*, & *Generaliffimo* & *ſupremo Superattendenti* (cujus vicem aliquandiu ſubiit *Dn. Doct̃or Kemnitius*) Edidit quoque formam examinis *D. Martinus Kemnitius*, cujus exemplaria ſunt omnibus paſtoribus exhibita. Hoc ſcriptum à multis probatur.

Sub unius anni spatio plurimum profecimus per totum Ducatum docendo, monendo, quod ego de mea functione testari possum. Ego cum meo collega *Tilomanno Schradero*, Canonico hujus Ecclesie, multos CHRISTO lucrifeci, & ex Papatu (gratia sit CHRISTO) eripui filios DEI det incrementum deinceps, & video quoque alios pios viros, bonos facere progressus, & multos lucrifacere CHRISTO, &c.

Vices Generalissimi subivit *D. Clementius*, donec vocaretur *D. Nicolaus Selneccerus*, anno Domini 1570. qui generalibus Superattendentiis praeficitur 17. Julii, & cum ei accederet collega *D. Timotheus Kattnerus*, tandem *D. Selneccero* discedente, Generalissimum egit *Kattnerus*. *Dux Julius* postea instituit scholam vel potius *Academiam* *Helmstadii*, &c. In ea hodie docent Theologi *D. Tilmannus Hebelius*, *D. Daniel Hoffmannus*, & *D. Basilius Sattelerus*.

Reliqua alii transigant: Ego tantum usque ad annum 1700. extendo meam historiam Ecclesiasticam. Qui sub sexenio egerint in hoc Ducatu *Superintendentes*, *pastores* & *ministros*, in formula concordiae committitur.

ECCLESIAE LUNEBURGENSIS

DESCRIPTIO.

Cum magna constantia, & singulari zelo consentientibus fratribus *Orthone* & *Francisco* suscepisset doctrinam Evangelii anno 1524. **ERNESTUS**, *Dux Luneburgensis*, suffragante quoque patre Duce optimo *Henrico* sene, &c. erant plerique omnes ex patriciis in urbe *Luneburga*, & in collegio *Johannis* ibidem non bene affecti erga Religionem: Tamen *M. Fredericus Henningius*, qui propterea *Hamburgum* deseruerat anno 1528. quod nollet Papisticam religionem delectari, nunc verò anno 1530. illuminatus gratia Spiritus Sancti cepit eorum sub utraque specie porrigere, & Psalmos Germanicos canere in ecclesia *Divi Nicolai*, cui fidelis erat socius *Henricus Ortho*: Ideo plebs cuncta auctoritate sui Principis instat, ut Senatus suffragaretur eorum votis, & peteret sibi ad tempus concedi à Senatu *Hamburgensi* pium virum *Stephanum Kempium*, qui promoveret veram doctrinam, & Sacramentorum usum in Ecclesia *Luneburgensi*. Is adveniens in ea re propagandi Evangelii, bonam operam navavit, & deinde ad suos rediit. Sed accedebant tamen statim huic sententiae *M. Frederici Henningii*.

Johannes Lampadius, Hartwicus Eikenbergius, qui maximo zelo cum *M. Frederico*, & incipiebant, & pergebant in pio proposito: Et hos secuti sunt *Gerhardus Herberdingius* ac *Casparus Remshagus*, qui id quoque fideliter tentarunt. Et hierant primi Evangelistæ ibidem. Tandem ex instantia Senatus conceditur Senatui ab Illustrissimo & piissimo Principe ac *D. Ernesto D. Urbanus Rhegius* ad finem anni 1530. cum ejus ipse opera tantum per paucas septimanas usus esset: qui mansit per biennium Luneburgæ, & anno 1531. certavit vel disputavit de *Missa*, cum Præposito Luneburgensi ad *S. Joannem Doctore Johanne Colero*, viro docto per Epistolas, & tunc juvit Doctorem Urbanum *N. Witzendorpius*, vir integer & doctus. Eodem & sequenti anno, quidam Papisticus Concionator *Augustinus Götelen* / jussus est discedere Luneburgæ, nisi vellet suscipere doctrinam Evangelii: Ideo discedens vehementer accusavit, ut auctorem sui exilii *D. Urbanum Rhegium*. Cùm verò ille *Augustinus Götelen* dixisset ad quosdam se disputare posse cum *Doctore Urbano*, amice evocavit eum *Doctor Urbanus Rhegius*, atque ei & salvum conductum, & sumptus tam à Principe Ernesto quam à Senatu promisit. Sed is recusavit amicam collationem, & ad Cæsarem provocavit: Tandem is misit *Doctori Urbano Rhegio* cum Epistola inscripta *D. Urbano* libellum, pro aliquo articulo Pontificiæ religionis scriptum, per Præpositum *D. Johannem Colerum*. Huic statim respondit proluxa Epistola *Doctor Urbanus*, quæ extat in tertia parte sive tomo operum latinorum *Urbani Rhegii* folio 99. Scripsit etiam ibi contra *Vespertilionem* conantem unam speciem Eucharistiæ tueri, quod scriptum extat eadem parte latini tomi, &c. Sic plane Ecclesia Luneburgica tranquillitati per *D. D. Urbanum Rhegium* est restituta. Elapso biennio revocatur *D. D. Urbanus Cellam*, & in illius locum succedit *M. Paulus Rhoda* (sive *Rhodius*) *Pomeranus*, quem mox *Duces Pomeraniæ* revocant in patriam: Tandem post ipsum suasu *Doctore Urbani Rhegii* assumitur ex officio *Syndici Doctor J. U. Christophorus Hegendorffinus*, vir clarissimus & doctissimus, qui cum semestre docuisset, moritur, cujus scripta, ut in *Gesneri Bibliotheca* legitur, copiosa extant: Et ei succedit *M. Fredericus Henningius*, qui in ea statione permanit usque ad annum 1563. & huic successit *M. Johannes Eikenbergius*, *Hartwici Eikenbergii* filius: Sub istis Superattendentibus semper floruit Ecclesia & Schola, & nunquam in ea Ecclesia fuere dissentiones.

Jam dicemus ordine de ministris Ecclesiarum.

In æde D. *Johannis* mortui sunt pii ministri *Hartwicus Eikenbergius*, (anno 1560. mortuus) *Henricus Raibbrokius*, *Henricus Otho*, *Wilhelmus Santphurdus* (qui edidit seriem temporum de perpetua conseruatione Ecclesiæ: Item de angelis scriptum, & alia, ut erat vir eximie doctus) *Dionysius Bredekouius*: Post eos demortuos in ea æde docuere *M. Johannes Eikenbergius*, *M. Caspar Gudemannus*, *M. Hieronymus Herdingus*, & *Johannes Danckwers*. In æde *Michaelis* docuere *Andreas Gardingius*, *Lodovicus Schuttenuus*, & *Hermannus Holtzingus*, sed postea egit ibi pastorem & Superintendentem in *Verdensi* & *Lubecensi* Episcopatibus, sub laudatissimo Præsule *D. Eberhardo de Holte*, *M. Simon Brauns* / vir doctus, cui demortuo in eadem functione successit postea celebris *Mag. Thomas Mauwerus*, gener *Lucæ Lossii*, post quem demortuum ad eam dignitatem assumitur festiuis poetæ *M. Fredericus Dedekindus*, auctor & scriptor *Grobiani*: Et istis erant collegæ *Hermannus Wasmannus*, & *Jodocus Matthias*: in Ecclesia *D. Lambertini* modo docuere *Casparus Romshagijs*, *Henricus Gloskampius Olnaburgensis*, *Johannes Liberius*, *Susatensis*, tempore Interim ex urbe *Sulaco* ejectus propter doctrinam veram, (qui erat aliquando convictor *Erasmi Roterodami*) & *Gallus Pontanus*: Sed his mortuis successere *M. Eberhardus Obermannus Quakenburgensis*, *Hermannus Bonni*, nepos *Charus D. D. Chytrao*, *Caspar Cornerus* & *M. Georgius Sturte* & *Nicolaus Faber Brunsvicensis*: In templo *D. Nicolai* docuere, *Gerhardus Herdingus* homo senex, *Rodolphus Matthæus*, *Johannes Bertramus*, *Hieronymus Herberdingus*, *Gerhardi filius*: In æde *S. Spiritus* docuit *Johannes Bolzemius*.

Docuere aliquando in æde *D. Nicolai Andreæ Sommergardeni Antonius Wippermannus Lemgovienſis*, *Hermannus Tulichii* ex *lororensis*, & *Gerhardus Eibergius* viri pii & docti. Floruit semper hæc Ecclesia, & non viguerunt in ea certamina, nulla exilia, nulla turbæ, sed bonus inter ministros Ecclesiæ consensus. Qui ibi modo est Superintendentens, & qui ibi sub sexennio ministri & pastores sint, illorum nomina exprimuntur in *Formula Concordiæ*.

De Scholis.

Fuit ibi primus & præcipuus Rector in Schola *Evangelia clarissima* & doctissimus vir *M. Hermannus Tulichius Westphalus*, qui fuit olim *Lipsiæ* & *Witebergæ* Professor artium, cui tunc fuit Conceptor

Hennigius Bloch / qui postea factus est *Wilmariæ* pastor, & postea in ejus locum venit *M. Johannes Bathelius*. Qui inquam *Tulichio* anno Domini 1540. mortuo, successit. Hic *Johannes Bathelius Cosfeldiensis*, diu præfuit Scholæ bene: Qui cum senio conficeretur, est rude donatus, & vocatus in ejus locum ornatissimus eloquensque vir Dominus *M. Albertus Lenicerus Hervordiensis*, & sub utroque posteriori Rectore fuit, Conrector *M. Lucas Losfus* vir scriptis clarissimus, &c. Habent Bibliothecam splendidam Luneburgæ ad D. Virginem.

De Concionatoribus Ducatus Luneburgensis.

Fuit Cellæ primus reformator ex jussu Principis *Ernesti* (quem pater semper designaverat gubernatorem patriæ, licet frater *Otho* major natu esset) absente *Henrico* & in Galliis civilitante *Henricus Bockius* circa annum Domini 1526. deinde *Martinus Ondermarkus* qui per annos quadraginta concionator præcipuus ibi extitit, quemadmodum & *Bardarwici* fuit per annos 38. *Matthæus Gindericus* præcipuus, quem anno 1528. misit *Bardarwicum*, hi tres ut erant viri docti, & in eo loco Superattendentes, ita quoque ad finem anni 1529. & circa initium anni D. 1530. missi sunt isti duo posteriores *Ondermarckus*, & *Gindericus* in *Phrissiam Orientalem* à Principe piissimo Domino *Ernesto*, ut restituerent Ecclesias ibi, & à fece Sacramentaria expurgarent: Quamquam nihil, efficerent; & illi erant cum *Bockio* inter præcipuos Evangelistas istius Ducatus: Sed majoris autoritatis causa adduxit secum ex *Angusta* anno Domini 1530. Dux piissimus *Ernestus* Princeps *Luneburgensis* D. *Urbanum Rhegium*, quem propter egregiam doctrinam, & veram pietatem, ut coluit, ita semper in delictis habuit, eique plane sui Ducatus Ecclesias tradidit regendas, & *Rhegium* unice amavit, ut erat verè pius Princeps & nutricius Ecclesiarum CHRISTI, imò verus imitator avunculi sui D. *Johannis Electoris*, & *Ducis Saxonie*, cum quo obtulit etiam *Augustæ*, *Carolo V. Cæsari*, sicut & frater ejus *Franciscus* Dux, eodem anno *Augustanam* confessionem. Huic Principi *Ernesto* erat Aulicus Concionator *Wilhelmus Clevenus Trajectensis*, qui *Henrici Bockii* viduam reduxit.

Circa annum Domini 1526. 1527. 1528. 1529. & trigesimum fuere pastores in oppido *Walsroden* / *Hennigus Kelpius*, in oppido *Epstorp* *Wernerus Milius*, & in Cœnobio *Luna* *Hieronymus Enckhausen* / item in oppido *Lucka* *Johannes Preutze Paderbornensis*, *Joachim Myla* in

Dannenberg. In Giffhoren *Henricus Wendius*, cui tandem mortuo successit *M. Gerhardus Oemikenus* Camensis, qui & Superintendentens & Ecclesiasten aulicum apud Inclytum Ducem Franciscum in Giffhoren agebat, quia erat vir disertus: Hi prædicti erant doctissimi præcipui viri, & Ecclesiastæ vel Evangelistæ in hoc Ducatu.

Post hos & partim cum quibusdam ex illis rexerunt in eo Ducatu Ecclesias, Bardarwici post *Gundericum M. Ernestus Bockius*, (& post illum ut virum doctum, demortuum *Henningus Clevenus*, *Wilhelmii filius*) *Henrici Bockii filius*: *Paulus Calenius*, pastor in *Elbia ad Albim*, *Johannes Helbergius* in *Meding*, *Henricus Bockius*, in oppido Splendido *Hulsen* dicto *Ulysea*, ubi etiam præpositum egit *Walterus Hockerus*, & ei erant collegæ *Fredericus Weneringius* & *Ernestus Wermannus*: Hodie est *Ulyseus* Superintendentens vel Præpositus *Joannes Hontanus Brunsvicensis*: In *Luckow* post *Joannem Preutzenem* egit Præpositum ad annos 20. *M. Georgius Bonensackius* Hannoveranus: *Luckow* *Ulysea* fuit aliquando celebris Schola, cui præfuit vir eruditus *M. Bernhærdus Bomgardus*, cui erant Collegæ, *Ellerus* & *Theodorus Wessendorffius*: In Cœnobio *Luna* *Lambertus Gemeranus* & *Schwabertus Rungius*, & post illos mortuos *M. Ottho Musenius* extiterunt: In *Nameschlo* quidam vir doctus *Wesselus* nomine: In *Giffhoren* *Johannes Erck* & *Henricus Sanderus*, & deinde *Zacharias Brugmannus*: In Monasterio *Scharnberg* docebat *Johannes Curtius*, & *Hermannus Gregelius*, pastor in *Gilten* collega Superintendentens in visitatione. Hi omnes celebrantur inter viros doctos ex pastoribus Ducatus ejus.

Sicut *Luneburgæ* in Collegio reformato erant ad *S. Joannem* Præpositi viri docti post *M. Johannem Collerum*, *D. Jacobus Schombergerus* & *Henricus Stappensenius*, Ducis *Brunsvicensis* *Julii* præceptor, & hodie egregius Doctor *J. U.* ac Cancellarius *Verdenis* præfuit, *Henricus Borcholtius*: Sic quoque in Ducatu *Luneburgensi*, adhuc sunt duo collegia reformata, ut in *Bardervische*, ubi egit pium Decanum *Henricus à Senden*, deinde in *Nameschlo*, ubi egit doctum Decanum *Franciscus à Senden*.

Post *Martinum Undermarckum* succedentem clarissimo *Theodoro Urbano* Regio demortuum successit *M. Georgius Bonensackius*, & ejus locum in *Luckow* eligitur *M. Michael Nefenus*. Cellis egerunt ministerio *M. Georgius Bonensackius* Superintendentens, ibidem ut pastor, *Hector Fredericus* ut aulicus Concionator *Magnus Ordungius*,

Johannes Starkius, & alii præstantes concionatores. Sub *Othone Principe Luneburgensi in Sparborg* / aliquando docuere *Johannes Seitlerus* & *Simon Cyriacus*.

Fuit in conventu Hagonensi cum suo Principe *Ernesto D. Urbano Rhegius* anno 1540. in quo erant ex nostris Theologi, *Johannes Brentius*, *Justus Manius*, *Johannes Pistorius Niddanus*, *D. Andreas Osiander*, *Eberhardus Schnepfius*, *Martinus Bucerus*, & *Ambrosius Blauerus*: Et antea intererat Rhegius conventui Schmalkaldensi, ubi etiam articulis Lutheri subscripsit. Rhegii opera collegit *filius ejus Ernestus*, & in certis tomos collegit, & Nurebergæ typis subjecit.

Fuit *M. Ernestus Bockius*, & *M. Georgius Bonensackius* nomine suorum Principum *Henrici & Wilhelmi*, Ducum Luneburgensium, in conventu Brunsvicensi anno Domini 1561. quando Hardenbergius damnaretur per Theologos. Postea Theologi Luneburgenses ediderunt sua Judicia, de *Catechesi Sacramentarium Witebergensium*, & de istorum libro dicto *Grundfest*. Hodie piissimus Princeps *Wilhelmus* piissimi *Ducis Ernesti* filius, gubernator Ducatus est verus nutricius Ecclesiæ DEI, & piorum ministrorum.

De Reformato Monasterio ad S. Michaelem in urbe Luneburga.

Nobilis & Reverendus vir *Herbordus ab Hölle* / Abbas ibidem anno Domini 1558. Reformationem Cœnobii instituit tempore periculoso, & mutavit habitum & ritum Pontificium, atque Scholam instituit in Monasterio, cui præfecit viros doctos & eximios, & fuit pius, fidelis atque liberalis in omnes studiosos atque doctos: Cui successit vir nobilis, & eximius hujus *Herbordi ab Hölle* cognatus *Eberhardus ab Hölle* / qui postea factus est etiam Episcopus Verdensis & Luneburgensis, & ubique tum Verdæ, tum alibi præfecit Ecclesiis Evangelicos ministros Princeps pius & sanctus, & studiosorum amans. *Verda constituit juniorem Huberinum Senioris Caspari filium Davidem*, & ubique reformavit Ecclesiam. *Herbordus* extruxit novam Scholam anno 1553. in Cœnobio hoc, & ei novum præfecit Rectorem *M. Ernestum Bockium*, qui postea factus est pastor Bardarwici, & post illum fuerunt ibi eruditi Præceptores & Ludimagistri semper, &c.

Fuit ibidem Rector Scholæ *M. Thomas Maxxerus*, Gener *Luca Lossi*, vir doctus, &c. Sed is transfertur ad officium Concionatoris.
Eran-

Franciscus Scrangius instituit pubem *Barderwici* magna cum laude modo.

Qui hodie & in Ducatu Lüneburgensi sub *Wilhelmo Duce* exhibent pastores & ministri Ecclesiæ, cum Ludimagistris, qui item sub *Duce Ottbone* sint, & qui in urbe Lüneburgensi agant, istorum nomina exprimit liber Concordiæ vel formula concordiæ.

Sub *Ernesto Principe Seniore*, qui Augustanæ Confessioni exhibita Carolo V. Cæsari anno 1530. subscripsit, erat Evangelii & studiorum magnus promotor, Ducatus illius Cancellarius *Johannes Farnberg* equestris ordinis vir valde celebratus ab Urbano Rhegio, quod ipse tentabat quoque istius generi Licentiatus *Balthasar Clamm* modo eximius vir *Fredericus à Wiehe* Doctor & Cancellarius modo in Ducatu agit ibi generalem Superintendentem vir doctissimus *M. Christophorus Vischerus*.

De RENATO EVANGELIO

In INCLYTA BRUNSVIGA.

A Nno Domini 1524. habuerunt Brunswigæ generale concilium *Minorite*, & propositis publicis Propositionibus volebant invocationem sanctorum & sacrificium Missæ tueri: Et fuit tunc inter *Minoritas Doctor Rungius*, qui volebat primarius disputator videtur. Sed se ex Paulinis (hoc est Dominicanis) disputationis causa opposuit *Doctor Luderus*: Ibi docti aliquot cives sese quoque gravissimè et scripturis opposuerunt Monachis, ut *Johannes Hubertus*, *Petrus Lüneburgius*, quidam *Marsilius*, &c. alique plures & in primis *M. Johann Laffhardus* Ludimagister tunc temporis ad D. Cyriacum in suburbis vir doctus (qui postea ibidem factus est Evangelii minister, & *deus Sanderus*, vir doctus. Et sunt isti magni Doctores & Monachi in eis redacti angustias, ut cum ex scriptura responderent, dicerent hæc ita apud patres reperiri, putabant Scholasticos.

Ex illa disputatione commotus est *Conradus Frolichius* ejus ordinis sodalis, ut exuta cuculla, Evangelii prece postea fieret: Et sese quoque eis opposuit *Abbas Egidianus Theodorus*, qui exuit paucis postea cucullam: Et opposuit quoque sese Monachis, tunc temporis gravissimè *N. Grotkopius* Concionator ad S. Uldaricum, vir eruditus.

Interim isti Monachi deferebant istos omnes apud unionem, (Erat autem tunc temporis unio, *Consistorium Ecclesiasticorum Prælatorum*, in quo erant decem Prælati, ut Abbas Ægidianus, duo Decani ad S. Blasium & ad Sanctum Cyriacum in suburbio, & deinde septem pastores. Illi omnes erant in consistorio, & quasi capita & reformatores Ecclesiarum & Parochiarum in Brunswig/ &c.) itaque venerunt disputantes, qui sese opposuerant Monachis, in periculum. Nam qui præfunt in unione mox disputatores ex civibus deferunt ad Senatum: Et Senatus eorum plerosque urbe ejicit, veluti & concionatori Grotseopff accidit: Et lectionem librorum Lutheri prohibuit, imò curavit ostiatim inquiri libros Testamenti novi à Luthero versi, & ista severitas descendit à præfidentibus in unione.

Sed interea *Johannes Copmannus* Sacellanus ad D. Virginem cœpit graviter eodem anno pro concione contra Pontificios disputare. Cui sese præbuit socium *Conradus Tutenbellius*, qui propterea anno 1525. ejicitur, quod publicè docuisset licere Christiano absque peccato edere carnem in Quadragesima cum gratiarum actione in fide, postquam omnia munda sint mundis.

Copmannus tunc non sine laude explicuit acta Apostolorum, & ei *Henricus Knigius*, & *Richardus Swinevotus* Sacellani ad S. Uldaricum, erant collegæ eruditi viri, qui cum Copmanno similiter inceperunt suaviter: & eleganter in ea Ecclesia propagare veram Evangelii doctrinam. His pedetentim accessit vir eruditus *Henricus Lampadius*, qui adhuc anno 1572. in Domino superest Brunswigæ existens senior in ministerio) qui primò in æde Michaelis sub pastore *Tilone Crugero* Evangelium circa annum Domini 1524. docuit, & deinde pergebat in æde S. Magni illud propagare: Eodem tempore cœpit quoque *Ludolphus Petersinus* vel *Petrejus* vir doctus ad Sanctum Martinum Evangelizare, item *Conradus Dumeus* ad Sanctum Andream: Et *Henningus Papa*, qui primo factus est minister ad S. Michaelem, deinde ad S. Petrum, denique ad S. Catharinam: Et quanquam is Henningus Papa in omnibus Parochiis purissimè doceret, tamen in æde Cathariniana consecutus ministerium permansit ad mortem usque in vera doctrina obdormiens anno 1550.

Ex horum concione inflammati cives vehementer inceperunt Evangelii doctrinam amare: Ideo præfidentes in unione graviter infisterunt apud Senatum de amovendis Sacellanis, ideo eò res deducitur

demum instantibus civibus, ut Senatus nolens reluctari unum concederet ex urbe: Tandem instantibus civibus per *Autorem Sanderum* rumpium, doctum & prudentem revocatur Senatus, quod civis promitterent omnem obedientiam, modo eis concederetur doctrina Evangelii, veluti Magdeburgi est illa permessa, postquam jam Monachiante biennium vel triennium essent ex scripturis convulsi: Et quoque *Johannes Gravius* docuisset pro concione turpissime, volunt sua non ex scriptura sed ex Aristotele tueri & defendere: Denique quod videret Senatus ipsos pastores esse titulos tenus pastores, vult docerent, nec concionari possent. Per motus magistratus qui rediit in urbem, & ejecit Gravius cum suis, hoc est, *Paulinus & Martinus* non volentes amplius cum Concionatoribus ex scripturis disputare. Itaque per delectos quosdam (ex quibus præcipuus erat doctor Sanderus, qui postea *Hannoveræ Syndicus urbis* factus est, vir doctus & disertus) egit & institit tota plebs, & communio civium contra Senatum de Reformatione: Institit ab adversa parte unio apud Senatum de amovendis Concionatoribus Lutheranis: Tandem istis respondit Senatus. Postquam vos pastores hæcenus ventres otiosi extiteritis nec ipsi concionati fueritis, vocastis quidem loco vestro hos viros, quos modo accusatis: Cur igitur vos tales acceristis & vocastis? Ideo vestra negligentia hoc factum est, vos estis in culpa, & non nos. Si vultis jam illos amotos, perdetis & vos, & urbem, & nos omnes: Ita re desperata discesserunt ex curia Prælati illi Pontificii, id est, Præsidentes in unione.

Instantibus interim civibus pro reformatione per *Autorem Sanderum* & alios præcipuos, orando obsecrandoque eodem tandem est res ducta anno 1527. ut Senatus permitteret Evangelii doctrinam: Itaque de D. Magni accessit ex Ecclesia Hamburgensi *Johannes Oldendorpius*, *Henrico Lampadio*, & deinde *Johanni Copmanno*, *Hermannum Primum* doctus, atque *Ludolpho Peterfino*, *M. Johanne Laffhardo*.

Hi omnes cum reliquis prædictis fideliter, & magna diligentia docebant per tres anni quadrantes: Tandem & primarii ex civibus, qui hi concionatores petebant sibi dari certam aliquam reformationem & ordinationem, & primarium aliquem constitui Inspectorem. Itaque Senatus & Tribuni à Professoribus primariis, *Academia Witbergi* quæ tunc ad civitatem Jhenensem in Turingia propter pestem translata erat, petunt sibi aliquem mitti. Mittunt igitur sub initium Quæ-

dragesima *Henricum Winkelium* (qui ex Halberstadio ejectus erat, ut in Ecclesia Halberstadiana descriptione diximus) is adveniens noluit sibi tantam ampla Ecclesia sumere auctoritatem constituendi ordinationem, nec etiam subire simpliciter munus Superattendens. Quare ipse & aliorum consilio evocatur Doctor *Johannes Bugenhagen*, Pomeranus, qui venit ad diem ascensionis Domini, quo etiam die, ut in die festo explicat Evangelium de ascensione CHRISTI ad caelos. Concio habetur apud *minoritas* in istorum fratrum expulsorum coenobio, & statim singulis propediem diebus legit Epistolam ad Romanos, qua absoluta, & quoque ordinatione Ecclesiastica, qua in omnium manibus (ante septennium denuo praelo commissa, cum confessione Apologia Augustana, & Schmalcaldicis articulis) jam extat, ad finem perducta exorditur Epistolam utramque ad Timotheum, & quoque similiter sub brevi temporis spatio absolvit. Mox evocat Superattendentem *M. Martinum Gorolium*, quem ibi in Superattendentem confirmat, & ei dat Coadjutorem *Henricum Winkelium*, virum doctum. Vocat quoque ex *Helmstedio* *Henricum Osterodium*, & eum post coadjutorem, & post *Petersinum* proximum constituit, & cum *Petersino* Concionatorem fecit in primario templo videlicet *Martiniano Osterodum*.

Cum igitur constituisset ministeria Doctor *Joannes Pomeranus Bugenhagen*, ut in aede *Martiniana* essent, *Ludolphus Petersinus*, & *Henricus Osterodius*: Ad *S. Catharinam*, *Johannes Wisselius*, *Johannes Bessel* & *Johannes Ribelinus*: Ad *S. Andream*, *Conradus Dumcus*, & *Hermannus Hoyerus*, & *Conradus Froliche*: Ad *S. Magnum*, *Henricus Lampadius* & *Johannes Oldendorpius*: Ad *S. Uldaricum*, *Henricus Kniggius*, & *Richardus Schweinorvus*, cum *M. Joanne Laffharo*: ad *D. Virginem*, *Johannes Copmannus*, & *Hermannus Primas*: Ad *S. Petrum*, *Henningus Papa*: Ad *S. Michaellem*, *Tilemannus Krogerus*, & *Georgius Drosenus*: Ad *S. Aegidium*, *Conradus Drejerus*: Ad *S. Leonardum*, *Johannes Besselius*, *Henricus Lampenus*, & *Henricus Offenbornicus*, atque Dominus *Hector Malerus*, &c. Et jam esset *M. Martinus Gorolius* Superattendens: & *Henricus Winkelius* coadjutor, &c. putavit se omnia bene ordinasse Doctor *Bugenhagen*, & sic discedit *Brunsviga*: Ita post ejus discessum clam coeperunt *Henricus Kniggius*, & *Richardus Schweinorvus* ordinationem fugillando reprehendere & contemnere: Deinde aperte declaravit se *Sacramentarium Kniggius*, & habuit sibi fautorem, & socium *Conradum Dumcum*: Ideo isti duo de consilio Theologorum

Witebergensium, & similiter Senatus & totius ministerii nomine sub finem anni Domini 1528. in Decembri ejiciuntur. Sequenti anno quoque ejicitur & Schweinovus, tum quod esset inquietus, tum quod semper aliquid carperet in ordinatione suscepta.

Hic coeperunt jam aliquot ex plebe qui istis tribus adhaerebant indigne in alios concionatores stomachari & multa multi loquebantur. Ideo coacti sunt *brevem confessionem vel summam edere Theologi & Concionatores*, quæ contineret disertam sententiam de Eucharistia, quæ de ea sentirent, & de ejus usu & substantia. Hæc est anno 1530. Witebergæ probata, & ibidem edita. Illa est quoque concinatorum reliquorum subscriptione probata & confirmata.

Interea quiete vixerunt reliqui, & sunt istis substituti alii de quibus nunc ordine dicam: Et ut in posterum pacificè & quiete interirent ministri instituerunt mensura inter se colloquia, de consilio *Zavini ab Embden* Syndici civitatis. *M. Martinus Gorolius* hæreticus Brunsvigæ, usque in annum Domini 1544. in officio Superattendentis: Interea fuit Decanus ex beneficio *Ducum Luneburgensium Ononis, Ernesti & Francisci in collegio ad S. Blasium*, propterea ne in officio Superattendentis nimis laboribus obrueretur, sed ut quietior: Sed revertente in ditionem suam *Duce Brunsvicensi Henrico* discessit, & abiit in Thuringiam, & factus est Jenæ pastor & ibidem postea multum tulit in captivitate Principis Electoris *Joannis Fredrici* ab Hispania.

Succedit ei *D. Theologus Nicolaus Medlerus*, cujus progymnasiorum de Grammatica extant, homo eloquens & Hebrææ lingue peritissimus, qui quoque ab anno 1547. usque in annum 1557. hæreticus Brunsvigæ & nemine salutato tunc discedit. In illius locum vocatur *Doctor Maximilianus Morlinus*, tunc ex Borussia ejectus, homo ad dicendum, docendum, & concionandum omnibus Spiritus Sancti donis instructissimus, constans & gravis, cui revocato in Borussiam anno 1568. succedit *Doctor Martinus Kemnitius* vir doctissimus.

Henricus Winckelius coadjutor vixit, in suo officio usque ad annum 1550. quo anno moritur Brunsvigæ, & ei per aliquot annos necesse succedit, sed urgente *Doctore Morlino*, ut ei daretur coadjutor, ut ipsius consilio vocatur *M. Martinus Kemnitius* linguarum, historiarum & artium peritus. Interea dum collegæ fuere *Doctor Morlinus*, & *Kemnitius* bonam Ecclesiæ operam præstitere: Scripsit in ea Ecclesiæ *D. Doctor Morlinus*, contra *Vogelium* in Borussia *Osfundum* defendentem.

tem, & integram historiam de Osiandrisimo suscepto in Borussia, contextam ex actis & scriptis Principis, edidit: Scripsit etiam contra *Johannem Fabri Heilbrunensis*, librum *der Leyens Weg*/eruditissime. Et contra *Doctorem Albertum Hardenbergium*, & contra Heidelbergenses, *wider die Heydelbergischen Land-Lügen* / 2c. Item, conciones in Psalmos.

Doctor Kemnitius scripsit ibidem primò *repetitionem doctrinae de Sacramento*, quæ omnibus piis placuit. Deinde quædam contra *Doctorem Albertum Hardenbergium*: denique *Theologiam Jesuitarum* edidit: Et postea respondens *Andradio*, *Examen Concilii Tridentini in quatuor tomos divisum*. Opus eruditissimum evulgavit, ubi quando de Traditionibus agit, multa ex meis partibus Traditionum Tacitarum & Apostolicarum (quas diu apud se habuit) mutuatus est. Edidit etiam *tractationem de communicatione Idiomatum*, ubi ingenii sui vim, & subtilitatem exhibuit, &c. & novum tractatum de cœna Domini, & de veritate corporis CHRISTI, &c.

Abeunte *Morlino* in Borussia, constituitur ipsius loco, *M. Martinus Kemnitius*, Superattendens de communi suffragio, & sumptibus Senatus promovetur *Doctor Rostochii*: Et hactenus nondum habere potuit coadjutorem. Ipse cum toto ministerio expetivit aliquando *me Hamelmannum*: Aliquando à Senatu est vocatus ad illam provinciam *M. Henricus Rodius*, qui *Islebi* docet, sed is recusavit. Ex numero concionatorum aliquando est electus *M. Andreas Pouchenius*, vir doctus, & in primis *Doctori Kemnitio* charus, sed is recusavit, interim multa de ipsius consilio fecit *D. Kemnitius*: Aliquando sunt usque in *Thuringiam* emissi *M. Andreas Pouchenius*, & *M. Georgius Stamcken* pro quaerendo coadjutore, sed hactenus nihil est effectum: Vocatus est aliquando *D. D. Conradus Beckerus*, *Brunsvicensis*, sed illo hoc recusante, ad hoc munus pertrahitur invitus *M. Andreas Pouchenius* anno 1571.

Nunc quid in reliquis *Parochiis* actum sit, & quæ ibi mutatio facta sit breviter annotabo.

In Ecclesia *Martiniana* post translationem *Ludolphi Petersini* vel *Petreeji*, assumitur *Henricus Osterodius* anno *Dni 1528*. cui tunc *Johannes Caloander* anno *Dni 1549*. successit, huic demortuo successit assumptus ex Schola ibidem *M. Andras Pouchenius* & mortuo *Johanni Caloandro* peste anno 1567. succedit *Johannes Lossius*: Electo coadjutori *Pouchenio* succedit *Johannes Zangerus*.

In Ecclesia Cathariniana fuit tanquam ad S. Elisabetham, & Joh-
cum minister & collega, aliis *Luderus Grevin* veniens in locum *Johan-*
nis Bessel qui sese contulit in pagum. Discessit quoque *Johannes Elio-*
linus in ducatum Megapolensem, ideo evocatur *Hennigus Papp*, et
Petri templo in ejus locum, & ibi moritur anno 1550. ibidem do-
cuerunt *Johannes Wisselius*, & *Luderus Gravinus*. Hi habuere successo-
res *Johannem Lentzium*, & *Johannem Beckerum*. Beckero euntia vic-
cinum agrum *M. Henricus Storinus* succedit, cui anno 1557. mortuo
substituitur vir doctus *M. Georgius Stamkenus*, & tempore pestis
Lentzio & Stamkeno adjunctus *Henricus Dalemius* ibidem, sed
postea anno 1569. vocatur in specialem Superattendentem in *Edmo-*
sen. Ducatus Brunsvicensis sub *D. Julio*, &c. Lentzio accessit
dem collega *Matthias Wolfeswinckel*.

Ad S. Andream ex Ecclesia ejicitur *Conradus Pumaus*, anno Dni 27.
& in ejus locum vocatur *Bernhardus Moneus Susatensis*, cui erat collega
Dominus Conradus Froleckenus, & *Eberhardus Fresenus*, & *Hermannus*
Hoyerus, sed is moritur anno Dni 31. extinctus mœrore: Et ei succe-
dit *Joannes Neophanius* vir gravis. Illi peste mortuo anno 1568. succe-
dit ex schola *M. David Zegenhagius* vir doctus, & vix quatuor habitis
concionibus statim quoque moritur peste, cum uxore, & huic succe-
dit *M. Johannes Ripius*, qui habuit collegam virum doctum & prouo-
rum *M. Johannem Regium*, cui successit *M. Georgius Busingius*.

Ad S. Magnum discedenti *Aldendorpio* ad pagum quendam sub arce
& prefectura *Pein* accessit *Lampadio Johannes Grove*, cui successit *Her-*
mannus Voickheister, cui mortuo successit *Theodorus Meijerus*.

Ad S. Ulricum deposito *Richardo Schwinevoto*, & *Henrico Kniggin*
Sacramentario rejecto succedit *Andreas Hoyerus* & *M. Joannes Laffhar-*
aus, qui antea erat etiam ibi ordinatus: *Andreas Hojers* mortuo succe-
dit *Georgius Drose*, cui vix per annum superstiti, accedit *Laffhar-*
M. Johannes Beckerus. Cui cum aliquod dissidium esset cum *Dietricho*
Morlino, de Sacramentaria re, quod in quibusdam justificaret *D. Al-*
bertum Hardenbergium, abiit ille ejectus Bremam, & habuit successo-
rem *Petrum Netzenum*: *Magistro Laffharo* mortuo succedit *Clericus*
nut Luckenus. cui anno 1567. mortuo peste substituitur *Hermannus*
ter sinus Ludolphi filius.

Ad D. Virginem post ejectum *Johannem Copmannum*, virum alio
qui egregium, sed se fornicatione contaminantem, accessit collega

Johannes Besselius, & *Besselio* accessit primas: *Hermanno Primati* viro egregie docto *Henricus Lampe* / *Henricus Ossenroth* / *Henricus Wendius*, *Hector Malerus*, *Johannes Wagenfuhrer* / *M. Jacobus Godefridus*, *David Pectorius*, & *Ortho Schwolber* / atque *Georgius Sloterus* vir senex, & bonus ordine succedere.

Ad *S. Petrum*, abeunti *Henningio Papa* ad ædem *Catharinianam* succedit, ex æde *D. Virginis*, *Henricus Wendius*, & quando is abiit *Helmeftadium*, vocatur *Mag. Gervinus Witkopius*, & ipsi discedenti ad *S. Blasium* succedit *Johannes Zangerus* *Oenipontanus*, qui vertit & edidit *Germanicè*, scripta *D. M. Kemnitii*, quæ contra *Pontificios* & *Sacramentarios* edidit, & scripsit contra *Alberium Ingelstadianum* *Theologum*, & est amanuensis *Doctoris Kemnitii*, &c.

Ad *S. Michaelem* post mortem *Tilemanni Krogeri* & *Georgii Droseni* unus illum locum obtinuit, ut *Johannes Caleander*, illo translato ad *D. Martinum* huic successit, ex æde *D. Martini* *Ludolphus Petersinus*, cui in *Domino* defuncto, ut qui utiliter *Ecclesiæ* præfuerat, succedit *Johannes Gudenus Senior*, qui vertit aliquot *Scripta Brentii* & secundam partem *commentariorum Lutheri* super *Genesin*: Is postea vocatus ad *D. Ægidium* reliquit hanc provinciam filio *M. Johanni Gudeno* juniore &c.

Ad *D. Ægidium* successit *Conrado Drejero* *Joannes Drabannus*, & post illum *Conradus Bergius*, post quem venit senex quidam *Theodoricus*, quo mortuo vacavit aliquandiu *Ecclesiæ*, & tunc *Gudenus senior* illam provinciam assumpsit & post eum demortuum *Matthias Wolfeswinckelium*.

Ad *S. Leonhardum*, *Henrico Lampeno* successit *Hector Trojannus* vel *Malerus* & *Henrico Ossenborneo* eunti in pagum *Johannes Ritterus*: Sed crimine *adulterii* gravatus *Hector Trojannus* ejectus est & ei successit *Ludolphus Wagenvorerus*.

Qui sub annis sex ibi fuerint & *Pastores* & *Ecclesiarum ministri* atque *Rectores* & *collaboratores* in *Ecclesiis* & *Scholis* hujus *splendide* urbis, illorum nomina exprimuntur in *formula concordie*.

De Scholis.

Habuerunt ibi ab initio renati *Evangelii* tres frequentissimas *Scholas*, ut ad *S. Martinum*, ad *S. Catharinam*, & ad *D. Ægidium*.

Martinianæ Scholæ primum præfectus fuit ipse *D. Bugenhagium*

Po.

Pomeranum, *Homerus Butheranus*, Hafellunensis vir doctus, deinde *M. Queckius*, tertio vir eruditissimus, *M. Joannes Glandorpium* cum quo contendit *D. D. Nicolaus Medelerus* Superintendens, sed à pariter Glandorpii stetit *D. Medicus Antonius Niger*: Glandorpio successit *Pezelsius*, post illum *M. Elingerus*, postea *M. Henricus Faber*: Tandem ad hanc provinciam vocatur, *M. Andreas Pouchenius*, quam cum laude administravit, & ex hoc munere vocatur in Ecclesiam Martiniensem, & tunc Scholæ præficitur *M. David Zegenbadius*, cujus pater celeberrimum nomen inter ministros Hamburgenses obtinet, & hic *M. David* electus erat à *Bremensibus Sacramentariis*: David electus in ordinem ministrorum statim moritur peste. Huic successit *M. Bernhardus Orff*, *Horstanus*, vir doctissimus, & à *Michaele Neandro*, & *Matthia Bergio* publicè vehementer commendatus, post cujus mortem, locum rexerit Scholam *Rodolphus Hillebrandus* vir eloquens & acutus.

In Schola Cathariniana primus fuit Rector quidam *Philippus*, deinde *Conradus Gerlacus Gesekenfis*, postea factus concionator Hamburgensis, post eum *M. Johannes Zangerus*, qui postea ibidem eligitur concionator, & tandem post Pouchenium coadjutor: Tunc Scholæ præficiebatur quidam *Marcus*, & post illum *M. Joannes Brocherus*, cui successit vir doctus *M. Joachimus Lonemannus*, & in ipsius abeuntis ad vacationem Ecclesiasticam in *Sudenberg* prope *Magdeburgam*, locum vocatur *Matthias Bergius* poeta excellens sed Schismaticus.

In Schola Ægidiana erat primus Rector *Johannes Neophanus Montensis*, qui postea factus est ibidem Ecclesiastes, ei successit *M. Frisiscus Rodewaldus*, postea promotus Doctor Medicinæ & Physicus Hamburgensis: Et tunc Scholæ præficitur *M. Franco*, post illum *Theodorus Mejerus*, cujus deinde locum in hac Schola obtinuit *Nicolaus Eber*, & illum sequitur *Nicodemus Bergius*, postea factus specialis Superintendens in *Barchtorpff* in Ducatu Brunsvicensi: Et tunc constituitur ibi Rector *M. Johannes Ripius*, & eo assumpto ad ministerium Ecclesiæ vocatur *Matthias Wolffeswinckel*, & post illum *Melchior Neophanus*, & cum uterque munus concionatoris subiret, vocatur ad istius Scholæ gubernationem *Johannes Henneke* Mundenfis, &c.

De ECCLESIA EIMBECCENSIS!

Cum in urbe Eimbecca, quæ est Ducum de *Brunswig* in *Cherubagen* *Augustiniani ordinis Monachi* quidam *M. Nicolaus N. Jan*

nes Dorenwelle / & M. Ernestus Burmeister vir eloquens & doctus (qui fuerat Romæ, & studuerat Bononiæ, Florentiæ & Colonia) inciperent anno 1524. Pontificias indulgentias carpere, his ex urbis Hervordienfis Augustiniano collegio veniens D. Godeschalcus Croppius, (qui eo in loco Priorem egerat ut etiam olim Eimbecæ) accessit anno 1525. isque cepit eleganter & perspicuè docere de sola fide CHRISTI nos justificante, & deinde purgatorii nugæ & missæ ostendere, de vanitate invocationis sanctorum, item contra vanam superioritatem Papæ, &c. docere ita ipse alios confirmavit & similiter illi nixi auctoritate Doctoris, deinde promoti ac stimulati quoque literis D. Lutheri interdum ad Croppium datis & veneranda Croppii ætate animosiores facti, alii inquam pergere fortiter ceperunt in proposito: Hic furere incipiebant Pontificii in utroque Collegio Canonici tam ad D. Alexandrum quam ad D. Virginem, ideo & ei ad Principem Philippum, variis calumniis & technis mendacisque accusabant istos Monachos, & ipsis erat auxilio Senatus uterque cum patriciis urbis: Et quia nihil temere propter plebem tentare audebat Senatus, & tardior esset in abdicandis istis Princeps, rogarunt per literas Principis Philippi fratrem Ericum Præfulem Osnaburgensem & Paderbornensem, ut tandem opera utriusque collegii & urgente Senatu de auctoritate Principum ejeti sint tres boni viri, anno 1526. (imprimis Erici Osnaburgensis Præsidis.) Sic abiit cum Joanne Dorenwelle Hervordiam D. Croppius in habitu & postea Witebergam. Ernestus Burmeister excipitur in aulicum concionatorem ab Henrico juniore Duce Brunsvicensi & Luneburgensi, &c. Interim non quiescebat plebs, sed graviter pro Evangelicis concionatoribus vocandis vel pro ejetis recipiendis instabat non sine murmure, concesserunt tandem Senatores, ut aliquem vocarent: Sic Conradus Bolenus, vir pius & eruditus (quem anno 1526. ejecerat ex Ecclesia oppidi Helsingstedt Dux Brunsvicensis Henricus junior) assumitur, qui piè & docebat & Sacramenta administrabat: Tandem instant, & hoc impetrant, ut ipsis liceret revocare Doctorem Croppium: Ita Croppius ut omnia cum auctoritate fierent, revocatur: Sic Doctor Godeschalcus Croppius cepit omnia adornare & bene disponere de multorum suffragio Doctorum. Nam nuper fuerat post ejectionem suam Witebergæ apud Doctores. Sic cum Joannes Dorenwelle non haberet alibi conditionem publicam, vagabatur hinc inde donec hic assumeretur concionator, &c. De qua re postea.

Anglico sudore abreptus *Conradus Bolen* Pastor in templo forino instant civēs, ut ex *Witeberga* evocentur duo concionatores, ut unus in templo ad forum, alter cum Doctore *Croppio* in *Neapoli* doceret. Mittuntur igitur ad finem anni 1531. *Johannes Binnenstedt* qui docuit in templo forino, & *Franciscus der Widdenen* qui dabatur Doctor adjutor: Sic illi fortiter pergebant: Cū verò *Ernestus Durnovster* esse commendatus *Henrico Duci Brunsvicensi*, propter eruditionem & experientiam atque singularem gratiam docendi, erat illi charus, verum absente Duce, & degente in Comitibus Augustanis anno 1530. quando exuerat se cuculla, mox post reditum Principis circa annum Domini 1531. proscriptus est, & rediit tandem *Eimbecam*, & ibi privatum cum *Johanne Dorenwelle* vixit, interim interdum is excurrit ad *Witebergenses*, & alios Theologos: Quia etsi non essent in ministrando illorum tamen aliis auxilio erant in peragendis concionibus & administratione Sacramentorum. Sic nec dum cessarunt Pontificii cum suis firmæ hominibus furere contra pios ministros, de qua re in publico scripto sic lamentatur *Johannes Winnenstedius*. Ich predigte in der Stadt des abgegangenen und verstorbenen Predigers *Conradi Bolen* (der ein frommer gelehrter Mann war) drey Jahr lang / was es aber dafelbst für Frucht geschaffet / war nicht allzuviel / denn es war ein grosser gottloser Hauff / der ganz verstockt und verhartet in ihrem Unglauben / Abgötterey und Bosheit / und sonderlich unter den fürnehmsten Geschlechten / Burgermeistern und Rathsherrn / Item / ihrer viel sagten noch / sie wolten lieber den Teuffel haben / denn uns verlauffene Mönch und Kecher / giengen also muthwillig zu ihrer Pfarckirchen über / in den Thumb / zu ihrer eignen Predigt (die Pfarck war) und zu der Messe eine lange Zeit / kauften auch etliche arme Leute ein Geld und Korn vom Evangelio zu sich / geben uns Predicanten theils die Namen / bereimen und bedichten uns auff das allerheftigste und schändlichste lieffen uns / wenn wir nach der Kirchen von unsern Häusern gehen wolten mit Staub / Kammer-Laugen / oder mit Wasser begiessen / lieffen etwan auf die Predigtstule und Gotteskasten Unflath giessen oder streichen / pfeiffen und trummelten bey den Kirchen / wenn wir predigten / und verstohren uns gegen unserm göttlichen Ampt / 2c. hungerten und schmachten uns aus / dafelbst von Nothwegen entlauffen müssen / 2c. Hoc verum est, quia propter hujusmodi calumnias, & propter tenuè stipendium ipse Winnenstedius cupiit dimitti, & quia ipse vehemens erat, & asperior in adversariis stans à civium partibus, dicebatur & levis, & sic dimittitur ipse & ab-

tunc *Huxariam*, ubi factus est primus *Evangelista*. Illa mutatio est facta circa annum 1533. & paulo post illum ivit *Franciscus Weddenen* eadem de causa *Huxariam*, sed inde iterum turbatus venit *Brunsvigam*: Tunc in locum *Francisci* venit *Johannes Dorenwelle* / sed is post paucos annos moritur *Embecæ*, tandem anno 1533. Postquam *Princeps Brunsvicensis Philippus* esset mitior factus nostræ doctrinæ, ex multorum commendatione, ut virum doctum exercitatum, & eloquentem assumpsit *Ernestum Burmeister* ad ministerium in *Catelenborg* / & deinde is cum multis piis aulicis, & consiliariis autor fuit *Principi & Duci Philippo*, ut vocaret ad *Reformationem* suarum *Ecclesiarum* in *Ducatu Brunsvicensi de Grubenhagen* *Licentiatum Nicolaum Amsdorffium* ex *Magdeburga*: Is veniens anno 1534. reformavit collegia utraque in urbe *Eimbecensi*, & proposuit ex commendatione *Ernesti Burmeisteri M. Nicolaum N. Principi*, ut is omnium primo inciperet in æde, & *Collegio Alexandri* concionari & sonare doctrinam *Evangelii*, & esse *Superattendens* per ditionem ejus partis in *Ducatu Brunsvicensi*, quæ erat tunc *Ducis Philippi de Grubenhagen* / & nunc filiorum ejus, ut *Ernesti Wolffgangi & Philippi junioris*, & tandem *Ernestus Burmeister* in *Sulsa* pastor constituitur.

Moritur *M. Nicolaus N.* & constituitur in ejus locum *Jodocus Ihermannus Phrisus*, qui antea *Gottingæ* fuerat *Superattendens*: Cui discedenti *Hildesiam*, rursus successit *Ernestus Burmeister* translatus ex *Sulsa* huc in *Collegium*, ut esset ibi *Superattendens*, vir doctus: Mortuo ibidem *Burmeistero*, successit *M. Joannes Rhegius*, sed dum *Rhegius* ob certas causas esset in mala gratia apud *Principem Ernestum*, qui in regimine successerat *patri Philippo*, &c. dimittitur, & is venit *Hildesiam*, & inde in *Quedlenburg* transfertur, & tunc *Sacellanus Rhegii* solus diu administravit ibi illam conditionem, & novus assumitur in aula *Superattendens* nomine *M. Daniel Bodenburgius* qui adhuc *Harteburgi & Osterodidocet*, ejus extant aliquot *germanica scripta*, item loci communes *latini*: *Rhegii Sacellanus Joannes Gothannus* administravit solus, ut diximus illam provinciam in *collegio Alexandrino*, sed isto jam discedente in patriam, evocatur in eum locum *Henricus Rustenus*, qui modo est *Philippi Junioris Ducis Brunsvicensis de Grubenhagen* aulicus *Concionator*, & isti successit *Jacobus Rittelius*, ejectus ex urbe *Huxaria*, &c. omnes viri docti.

Winnenstedio in fori templo successit *Henricus Ottho*, sed is (cupere-
rumque factum est) propter tenuitatem stipendii, tum ob morum im-
probitatem quoque ab aliis, ut ajunt notatus, abiit ad *Comitem Ulrico*
in *Negenstein* anno 1539. inde à *Comite Ulrico* expetitus est anno 1540. in
*Halberstaden*ibus: Et ipsis permittitur, & adhuc *Halberstadii* anno
1567. superfuit senex & debilis.

In Ecclesia Neopolitana semper hæsit *Doctor Godeschalcus Croppius*
ad incendium usque quod incepit anno 1540. & exusta tunc plene est
avitas. Nam ut multos concionatores ejecerant, multos signamina
affecerant, ut quoque propter tenuitatem stipendii ad extrema quos-
dam redegerant & pertraxerant, nec curaverant vel *Croppi Doctoris*
vel *Burmeisteri*, vel *Ifermanni*, vel *istius Nicolai N.* nec *Winnenstedii* nec
Henrici Otthonis, nec *Johannis Dorenwellii* admonitiones, reprobatio-
nes, increpationes (etiam post susceptam in collegiis reformationem,
& per ditionem *Ducis Philippi*) nec preces vel consolationes
piorum ministrorum, qui ipsis hoc malum prædixerant, incendi-
omnia perdidit domicilia, bona & aliquot templa: Imò multitudo
hominum magna est partim incendio extincta, partim sumo & partim
oppressione lignorum & lapidum delabentium passim ex humantibus,
& incensis ædibus, templis, turribusque oppressa. Et omnes
quotquot viderunt istud incendium, dixerunt liberè, & considerant
esse & fuisse pœnam divinam propter securitatem, & contemptum
verbi, incolis illis inflictam, qui cum nihil vellent conferre ad usum mi-
nisterii, cogeantur omnia perdere. Quidam sese in cellis cerevi-
sariis abiderant, & sic suffocabantur: Quidam ne quidem pro
dore ignis, & flamma occupante lapides platearum incedere poterat
sed dum fugerent præ cruciatu, & flamma delapsi vitam cum bonis
perdiderunt. Sic & domos, & bona, pecuniam, literas sigillatas au-
rum, ornamenta aurea & argentea, vestes & omnem suppellectilem
perdiderunt, plerique omnes, & non est major ignis miseria in Ger-
mania sub ducentis annis in una urbe conspecta: Aliqui vix elapsi ex
primis portis in aggeribus locum habuere, ubi etiam perit ex marore
D. Godeschalcus Croppius, vir pius, postquam & suam Bibliothecam
omnia bona flammis extincta esse vidisset, &c. Omnia ligna ita per-
tus perierunt, ut nihil relinquum restaret. Quid non facit ingratus
& securitas? Si illi in usum ministerii aliquid contulissent, & in
ministros habuissent, fortasse cum ipsis mitius actum fuisset.

Sed cum cives paululum respirassent, & jam ædificia multa crecta & extructa essent, obliuisci sunt prioris pœnæ & correctionis, ideo rursum facti insolentiores, & Epicurea securitate contemnentes Conciones Domini eadem pœna visitavit eos post pauca tempora elapsa Deus zelotus, & serius vindex peccatorum, & exusta est iterum civitas.

Post primum incendium, postquam templum ad forum situm, non posset reedificari subito, caruere ibi ministerio publico diu, & tantisper donec tandem aliqua structura esset adornata. Ideo primum *Hermannus Schmith* / *Alfeldensis* tandem post incendium secundum assumitur ibi pastor, & post illum mortuum *Johannes Portius* vir doctus (qui año 1570. mortuus est) & ei succedit *M. Joh. Velius*, vir quoque doctus.

Croppio erat Collega primo *Franciscus Widdenen* / deinde iterum *Johannes Dorenwelle* / deinde post illum *Henningius Osterodius*, qui adhuc senex super est Goslariæ. *Croppio* autem in primo incendio sublato succedit in pastoratu *M. Arnoldus Tecelerus*, qui ibi ante quinquennium Rectorem egerat, hic adhuc superest, in magno senio año 1572. & ei fuere collegæ, *Francisc. Nolte* / & huic mortuo succedit alius quidam, nomine *Antonius Homannus*, qui modo adhuc est in ministerio, &c.

De Scholis & Certaminibus ibidem.

Venit eò quidam *Hermannus Bistermannus*, pulsatus ex *Holsatia*, quem volebant assumere anno 1529. In Sacellanum apud Doctorem *Godschalcum Croppium*, sed admoniti literis *Doctoris Pomerani*, & auditis ejus *Bistermanni* concionibus quæ *Anabaptismum* sapiebant, & alias opiniones prodigiosas præ se ferebant, dimittunt hominem anno 1530.

Fuit ibi primus Evangelicus Ludimagister *M. Arnoldus Tecelerus*, & post illum *Henricus Primus* scribens Scholia in constructiones *Erasmi*, & multi alii inter quos novi *Henricum Bovium*, *Paderbornensem*, & *Andream Nolium* modo Scholæ præfidentem. Qui ibidem sub sexennio pastores, ministri Ecclesiarum & Ludimagistri fuerint, istorum nomina extant in formula Concordiæ. Qui item sub sexennio fuerint Superintendentes, & pastores sub Illustrissimis Principibus *D. Wolffango*, & *D. Philippo*, Ducibus *Brunsvicensibus* & *Luneburgensibus* in illorum ditione quæ differentia causa de *Grubenhagen* dicitur, illorum nomina exprimentur quoque in formula concordia. Meo tempore, dum agerem in terra *Brunsvicensi*, cognovi excellentes, eruditione & pietate viros, in urbe *Eimbecca* ad gubernacula sedere, ut *D. Olemannum*, & *D. Schwartzkopium* Consules, aliosque plures.



ECCLESIASTICA HISTORIA
RENATI EVANGELII

Per INFERIOREM DUCATUM BRUNSVICENSEM

(Qui est

Ducis ERICI)

SAXONIAE, in finibus & vicinia Westphaliae, quae
modo paret Potentissimo

Principi Domino JULIO,

Duci Brunsvicensi & Luneburgensi amplissimo.

Reverendo Viro, Pietate, Eruditione & Virtutibus, Theo-
logo gravissimo, dignis divinitus ornato,

Domino HERMANNO HAMELMANNO,

Theologiae Licentiato, Ecclesiae Lemgovientis Pastori,

Suo amico, & in Domino fratri summa reverentia colendo

S. P.

L Egit T. H. literas, primo ad me, deinde aliquoties ad Dominum Johannem Siffridum meum Generum missas, quibus vehementer petivi Ecclesiarum in hoc Ducatu reformationem cum singulis circumstantiis describi, ut gratificeris scriptoribus centuriarum Ecclesiasticae historiae, videlicet Doctori Wigando, ejusque in eo labore collegis, qui hoc posteritati officium prestare volunt: Laudabile quidem & celebrandum ab omnibus verae & celestis doctrinae amatoribus, &c. Cum autem Gener meus, de sua patria, recitorem facere velit, & ex me tam cito non possit singula cognoscere de Saxoniae nostrae inferioris Ecclesiae, ipse quatenus ferat mea imbecillis valetudo, & senectutis incommoda sinent, & quantum etiam memoria reperere licebit, haec enim solet senio gravatis imbecillior esse) ea quibus auctoritas interfuisset, qua ab aliis certo cognovi paucis exponam. T. P. erit quae dixerunt suppleri, & superflua, quae brevius narrari debent, adimere, amputare & corrigere. Hoc tamen tibi persuasum habeas, me nihil a vero in gratiam ullius aut aliquis gratiam ductum commemorare voluisse. Oro te, ut mihi retribuas, placeam tibi ista nec ne. Faxit Christus, ut ea quae agimus, ad suam gloriam & Ecclesiae reformationem feliciter absolvantur, Amen. Hamela 10. Febr. anno Dni 1566.

T. RUDOLPHUS MOLLERUS

M. Superintendens in Ecclesia Hamelensi
& ibidem in Collegio Decanus.

Sequitur Historia.

Hic etsi prius dicendum esset de Ecclesiastica Historia renati Evangelii in tribus præcipuis & potissimis Inferioris Ducatus Brunsvicensis, qui est ERICI Ducis, urbibus, *Gottinga, Hannovera, Hamela*, tamen breviter referre volumus in initio, quæ & qualis sit mutatio facta in ipso Ducatu, qui in superiorem & inferiorem dividitur.

Cum ERICUS, *Dux Brunsvicensis & Lunenburgensis senior*, esset alienior à doctrina Evangelii, & ille tandem in *Comitis Hagave* anno 1540. diem suum obiret, relicta vidua *Dolina Elisabetha* nata *Marchionissa Brandenburgica*, & filio pupillo *Duce Erico* juniore, in illo tunc Ducatu conventus ex nobilitate, & urbium Rectoribus celebrabantur aliquoties, & hoc tandem conclusum est, ut gubernatio ad viduam *Dolinam* transferretur, deinde de reformatione Ecclesiarum instituenda, ut sincere Evangelium prædicaretur, & Papistica idololatria aboleretur. Visum enim fuit hoc omnibus ordinibus admodum necessarium fore ad tranquillam gubernationem. Translata ergo summa Politicæ gubernationis ad Illustrissimam *Dolinam Principem Elisabetham* à Tutoribus junioris Herois, & impuberis filii *D. Erici*, & postquam ab omnibus ordinibus, & non nullis conventibus petita esset reformatio, ad quam contendam, & constituendam cupiebant virum aliquem idoneum, notum & doctum vocari, en illa vidua maturo consilio evocat ex oppido *Hassia Wizenhausen* / *Antonium Corvinum* ibidem pastorem, ut per totam provinciam tam in Superiori quam Inferiori Ducatu, Superattendens munus subiret. Is tam arduam provinciam suscepit, & multum molestiæ, difficultatis ac calumniarum devoravit: Nam Sathan hoc mille modis per potentes alios voluit impedire. Sed fortior illo filius DEI JESUS CHRISTUS, ad successum produxit rem. Nam etsi ubique plantarentur Ecclesiæ & constituerentur per Ducatum passim quam optime, tamen ordinationis conscriptæ editio impedita est, & protracta usque in annum 1543. quo prodit, & istius ordinationis partes sunt hæ, prima de Capitibus doctrinæ celestis summam proponit, secunda Catechesin & ejus doctrinam breviter explicat, tertia formam de ministris, de Diaconis, de Scholis & eorum officio, qui vel in Scholæ, vel in Ecclesiæ ministerio versentur, quarta pars tradit multa utiliter de ritibus cum verbo DEI, & veteri adeoque pura Ecclesia congruentibus, &c.

Hæc

Hæc autore *Antonio Corvino* publicata sub mandato, & nomine Illustrissime & Piissimæ Domine Principis, &c. Et omnibus palatinibus, & Ecclesiis tradita. Mox quoque ordinatur visitatio per totum Ducatum: Et præscripta sunt Interrogatoria, juxta quæ debeat visitatio fieri, cum adjuncta singulari ordinatione proponenda cum specialitate visitatione, Cœnobiis, hoc est spiritualibus Monachis & Nonnulis præscripta.

In superiori Ducatus parte, quæ dicitur Gottingica, visitatione designati sunt ex Theologis M. *Antonius Corvinus* Superintendens Generalis, & M. *Justus* vel *Jodocus Ifermannus Phrisius*, Superintendens Ecclesiæ Gottingensis, ex Nobilitate *Henningus de Helbergen de illi*. Ex civitatibus Consules Gottingensis & Northemenis urbis. Ex sacris consultis & Aulicis M. *Justus Waltheusius*, jam hoc anno 1766. Cancellarius, M. *Christophorus Mergershufen* Secretarius, *Horius Louscherus* Scriba.

In Ducatu Inferiori inter Desterum & Lünam constituti sunt.

Theologi M. *Antonius Corvinus* Generalis Superintendens, M. *Rodolphus Mollerus*, Superattendens Hamelensis, Dominus *Johannes Heitmoller* / pastor in *Neuenstadt* / Dominus *Johannes Vordis*, pastor in *Bunstorff* / & quidam ex Nobilitate, & simul ex aulicis prædicti. Visitatio incepta est in terra Gottingensi ab initio novi anni usque ad festam Ascensionis Domini, in terra inferioris Ducatus istius. Quid inter visitandum actum sit, nimis longum esset commemorare. Mox deinde constituti sunt inspectores & pastores, per omnes Ecclesias utriusque partis Ducatus viri pii, eruditi & graves, in magnis urbium prædictarum Ecclesiis, ut in Gottingensi, Hannoverensi, Northemeni & Hamelensi, deinde in parvis oppidis constituuntur, &c. ut Dominus *Johannes Heitmollerus*, pastor in *Neustadio*, Dominus *Johannes Vordis* pastor in *Bunstorff* / Dominus *Bernhardus Langius* in *Esflagen* pastor Dominus *Albertus Funckius* in *Zertstede* / Dominus *Reinerus Tempelmeier* in *Springe* / & alii nonnulli aliis Ecclesiis præfecti sunt, qui postea in iudiciodis de suo officio dabant rationes. Vehementer nonnulli curæ Evangelii in utroque Ducatu impedire conabantur inde ab initio, præcipue

cipue vero Pontificii, qui conabantur impedire inde ab initio usque ad finem cursus Evangelici ante Interim Springin, vilitationem, & se graviter ei opposuerunt miris artibus, sed Dominus dedit invitis illis, successum pio studio Illustrissimæ & Pientissimæ *Domina Elizabetha Ducissa*. Nam considerantes Superattendentes cum supremo Antistite *Antonio Corvino*, multos inter rurales pastores, vel utroque latere claudicantes vel neophytos, vel senes Papistico fermento imbutos esse passim, statuerunt celebrandas Synodos, alteram in vere post sementem, alteram in autumno post messem de veteri more, ut tanto commodius singuli pastores cum suis Diaconis, æditisque accedere possent ad examen, in quo diligenter interrogabantur, de præcipuis nostræ religionis dogmatibus, & inquisitio fiebat de moribus, & disciplina pastorum. Quod quidem multum attulit momenti ad extirpandas reliquias abominationum Antichristi, & coarcendos hostes Evangelii petulantes, & sectas rejiciendas. Ista omnia, ut fierent magno zelo, procuravit sanctissima Principissa anno 1544. & sequenti anno: Optima Domina & Clementissima *Ducissa Elizabetha*, pastoribus, quibus eratres angusta domi, sumptus præstitit, & in sua arce Mundæ, pastoribus in Synodo collectis mensam liberaliter parari iussit: Voluit etiam ex consiliariis excellenti pietate & eruditione viros, cum præfidentibus Theologis sedere una in examine, nempe Doctorem *Burhardum Mithobium*, Medicum excellentem, qui anno 1565. mortuus est Magistrum *Henricum Campensem*, Præceptorem junioris Principis ERICI, Mag. *Christophorum Mengershussum*, Secretarium. Præcipue Synodi constitutionibus piis subscripserunt *Jochimus Morlinus*, Doctor Theologiæ, & Superattendens Ecclesiæ Gottingensis, *M. Antonius Corvinus*, Generalis per Ducatum Antistes, *M. Bartholomæus Wolffhardus*, pastor tunc Gottingensis, Dominus *Martinus Listrinus*, aulicus Concionator, Mag. *Rudolphus Mollerus*, Superattendens Hamelensis, Dominus *Georgius Scarabeus*, pastor Hannoverensis, vir in primis doctus, & *M. Johannes Sutelius*, Superattendens Northemenfis. Omnia pietatis & Evangelicæ doctrinæ ornamenta, & exercitia durabant in Ducatu usque ad annum 1548. Nam cum Pontificii tunc sperarent mutationem in religione, cœperunt cristas erigere: Interim fortiter pergit in officio quantum potest *Antonius Corvinus*. Nam anno 1549. Synodus in *Pattenhusen* indicta est, in qua D. Superintendens Corvinus prælegit refutationem scripti Augustani, quod Interim dicitur, ad

exemplum ministrorum in Ecclesiis Lubecensi, Hamburgensi & Linc-
 burgensi, & aliorum scriptam, & petiit à singulis subscriptionem, &
 iudicium de ista refutatione. Hic plerumque pii pastores subscrip-
 runt, paucis exceptis, qui subscribere recusabant, veris, nec rebelles
 contra Cæsarem, & Imperii edictum, & contra Principis iuvenis
 datum peccarent, & ita vel privarentur opimis beneficiis, vel in-
 gnationem Junioris Erici Ducis incurrerent. Istos rebelles, postquam
 punire more solito decrevisset Corvinus, est ab illis & aliis Pontifici
 delatus ad juniorem Principem, tunc incipientem manum regni
 applicare (qui etiam eodem tempore redierat ex Brabantia, comans
 multis Hispanis & Brabantinis) quasi aliquid proterve contra con-
 tentionem Cæsaris egisset, multasque finxerunt de optimo Corvino
 lumnias, quasi impiè in proximis visitationibus actum esset, Cœno-
 Cœnobio, & Ecclesiæ per ipsum deprædata fuissent. His & aliis me-
 daciis infinitis commotus Princeps juvenis Ericus jubet Præfectum
 lenbergicæ arcis datis manipularibus ex Hispanis & Brabantinis, mu-
 tis hominibus, ut de noctu capiat Corvinum, & *Walterum Pöchtel* / pal-
 rem in *Pattenhausen* (quod accidit anno 1550.) Cum caperetur Corvinus,
 fit ipsius Bibliotheca præda Hispanis & Brabantinis, atque milite diripitur,
 indeque plurimi libri vulcano traduntur. Hoc cum forte vidisset Ar-
 chiepiscopus Bremensis, *Christophorus, Dux Brunsvicæ, & Linc-
 burgensis*, patruelis junioris Erici, qui forsan aderat, alioqui magus
 pista, valde tamen improbavit exustionem librorum, & dixit fore
 esse innocentes, & aliquot Patrum scripta in eis forte inventi, quæ
 essent conservanda. Ita ipse quoque nonnullos libellos iussit è
 flamma rapi & conservari. Cum caperentur isti duo viri, quantæ
 sarcasmos, quot contumelias ab istis *Hispanis & Belgis Leopoldo* per-
 lerint: verbis nemo assequi poterit. Traditi sunt vinculis arcis *Cale-
 burgicæ*, sed etsi in initio carceres essent duriores, tamen adveniens
 cognita captivorum innocentia, patientia & virtute, sensim mitiores
 facti sunt ipsis. Unus ex hostibus Corvini Hispanus saeticus, & *legatus
 Musicus & stentoria voce præditus*, cum vellet lavare in *Leina* flumine
Calebergam arcem præterlabente, submersus est. Detinetur tri-
 anniennium Corvinus intolerabili custodia, tandem dimittitur anno
 in festo Paschatis intercedente matre, & aliis piis, tum quoque
Marchione Brandenburgico, qui tantum à captivitate per semel
 persuit paucis diebus ante pugnam ad *Sivertshausen* coram illam.

triennali captivitate, quod tam angustè, & incommode habitaret, contraxit morbum, quo periit. Solebat enim ipse dicere: *Ich hab allu viel auff dem Kalenberg gefressen / das wird mir leid thun.* *Mortuus Hannovera* quiescit in aede D. Georgii vir incomparabilis, qui multa præclara suæ eruditionis monumenta edidit: *Conscripsit Postillam* latinè & germanicè, item de statu nobilium, contra propugnatores unius speciei, edidit quoque scriptum, & de Ecclesia, item disputavit cum Anabaptistis, & aliis, quæ disputata quoque extant in Tomo secundo Witeberg. Luth. Edidit Theologiam Augustini & Chryostomi anno 1542. ad Marchionem II. Electorem Brandenburgensem, ex ipsorum operibus.

Nunc quoque dicamus quid interea actum sit in Ducatu, captivo Corvino, percusso pastore, disperguntur oves. Ibi opera Papistarum visitatio nova per quendam Præpositum in *Barsingehusen / & Abbatem in Marimode / prope Hildesiam* hominem impium & scortatorem aliosque Papisticæ fecis, Theologos ex jussu junioris Principis instituta est, in ea visitatione restitutæ sunt ceremoniæ, quæ antea abolitæ erant per Corvinum, & omnia sunt in parochiis ordinata, juxta formam novam, Augustæ excogitatam per Interim, ibi quibusdam monialibus, quibus concessæ erant aliæ vestes, restitutus est supersticiosus habitus: Pastores constantes in vera doctrina, & mutationem illam impiam recusantes, pellebantur à parochiis, quorum aliqui in *Holfatiam*, ubi tunc plurimi tanquam in asyllum recipiebantur ad ministeria, alii aliò se receperunt cum conjugibus & parvis liberis. Ista distractio peperit impiis gaudium, & omnibus piis excussit lachrymas, & auxit eis merorem, tamen in majoribus urbibus nulla facta est mutatio, ut *Cottingensi, Hannoverensi, Hamelensi & Northemensi*. Sed quoniam dixi placatum Principem occasione belli, & fœderis initi cum *Alberto Marchione Brandenburgico*, effecit tandem sanctissima Principissa *Elizabetha*, mater junioris Principis *Erici Ducis* auxilio *Marchionis*, ut non solum captivi liberarentur, sed etiam exules pastores revocarentur, & qui vellent tutò ad suam stationem redirent, sed plurimi mansere in *Holfatia*: Deinde id quoque effectum est, ut statim mortuo *Corvino* paulo ante pugnam illam, ordinatio à *Corvino* instituta, in integrum per totam ditionem restitueretur, in conventu quodam politico, ubi etiam Princeps literis certificavit, & ordinibus ditionis promisit, se nihil in ea ordinatione mutaturum esse, atque suam *Cell.* relinquere

suis subditis liberam Augustanæ Confessionis doctrinam ejusque ritus.
 Deinde consensit in novi Superattendentis electionem, ita recalcante
M. Rudolpho Mollero, propter ætatem & imbecillitatem est, est assum-
 ptus *M. Henricus Stenins*, Munderanus, qui consensu Principis missus
 Witebergam sumpsit majoris autoritatis gratia, gradus Doctorum.
 Hic reversus domum, stipendio, quod habuit Corvinus, ad alium
 translato, donatur optimo pastoratu in patria sua oppido *Mundano*
 prope *Springam*. Hic semel presente Principe *Domina Hannoveræ* cum
 paucis pastoribus habuit Synodum, ubi habita concione vel oratione
 de lege & Evangelio, post unum & alterum annum desinitus imperio-
 rum auxilio, febribus & Phthysi contabuit, mortuus circa annum Do-
 mini 1557. Nec hic silentio præteriri potest, quod pro Ecclesiasticis
Domina Elizabetha in ultima illa Synodo indicta vehementer libe-
 reverit: Quia tunc illa agebat Hannoveræ expectans eventum, de suo
 vicilicio arcis Mundæ, cœpit ipsa singulas presentes obsecrare per
 CHRISTI gloriam clementer, ut singuli strenuè vigilarent suo loco
 officio, & memores essent beneficiorum acceptorum, & ut precibus
 suam afflictionem DEO commendarent. Erant enim tunc res gene-
 rossimæ Principissæ in angustum redactæ, propter eventum belli Mar-
 chionici tristem. Ideo hic *Domina Inclyta* valedixit pastoribus, & eos
 ad constantiam & pietatem hortata est, &c. *Hactenus M. Rud. Mollerus*.

Hic jam status est Ecclesiæ CHRISTI in Illustrissimi Principis Erici
 junioris Ducatu, quod inde à discessu matris nobilissima ordinatio
 scripta à Corvino anno 1542. & postea edita, ubique servetur, tam in
 aula conjugis Illustrissimæ Ducis Erici, quam in Monasteriis, magnis
 & parvis oppidis ac urbibus, & simul pagis, ubi etiam Catechelis cum
 pura doctrina in Scholis & Ecclesiis passim traditur. Superstitibus sunt
 admodum pauci qui initia viderunt reformationis, *M. Rudolphus Mol-
 lerus* Hamelungæ Superattendens D. *M. Johannes Suttelius* Northemien-
 Superintendentens in venerando senio, *M. Walterus Hockerus*, Ulster-
 gekampius, deinde *M. Fredericus Dedikindus*, Poëta insignis & Theo-
 logus, qui est pastor Neustadianus hodiè, Dominus *Albertus Spawer*
 in *Lowenstein* / *M. Bartholomæus Sprockhovius* in *Bunstorf* / fuit *Northemien-
 themiæ* (ut hæc adjiciam obiter) ante Sutelium Superintendentens
M. Matthias Brachtius, cui erat collega *Luderus Goldschmidt*: fuit
 etiam in Ecclesia Northemensi pastor *M. Tilemannus Cruginus*, qui cum
Sixto Sontag suo collega certavit publicè & privatim de imagine Do-
 & sic unteque dimittitur, & eis successit *M. Job. Sutelius*.

DESCRIPTIO
ECCLESIAE HANNOVERANÆ
inde à RENATO EVANGELIO

AUTORE
HAMELMANNO.

ANno 1533. cives urbis *Hannoverensis* offensi cujusdam Monachi sectæ Franciscanorum, qui nomine Dominus *frater Rungius Doctor* dicebatur, blasphemis mendaciis & clamoribus insulsiſſimis, quia erant jam pii instituti ex libris Lutheri & aliorum, quasi mutis præceptoribus, & exemplo vicinarum Ecclesiarum, & præcipue Doctoris *Urbani Rhegii*, qui anno 1530. ex Augustana Ecclesia adductus erat per piissimum Ducem Luneburgensem, *Ernestum in Saxoniam* & tunc Cella, ubi Ducalis est sedes, docuit atque Superintendentem per totum Ducatum Luneburgensem egit, concionibus & scriptis inflammati, à suo magistratu humiliter petiverunt in aliquot conventibus, ut *frater Rungius* (quem puto Doctorem fuisse) cöerceretur, & idonei Ecclesiastæ officio pastorali præficerentur, se enim per taxos esse monastica doctrinæ. Erat eo tempore vir pius & doctus, in templo D. Georgii Concionator *Georgius Scarabæus*, hic incepit paulatim sincere tradere summa cum modestia cardinem Evangelii, & explicare pro concione vera dogmata, cui adjutor erat *M. Walterus Hokerus* (qui postea cum D. Corvino capiebatur) Rector Scholæ, qui id frenue faciebat in Schola, quod Scarabæus in templo, & ambo suo quisque loco vigeant negotium Evangelii, pro oportunitate publicè & privatim, quibus postea accessere alii in reliquis templis Sacellani vel Capellani, vel quidam Terminarii ex Monachis mendicantibus, inter quos præcipuus fuit *Nicolaus Wevelius*, Augustinianus Hervordiensis. Semper comparavit sibi *Georgius Scarabæus* optimos libros, & diligenter studuit, omniaque legit diligenter, ut erat homo doctus & diligens.

Hæc fuerunt reformationi secururæ initia, & quasi præludia. Cæterum Senatus non potuit flecti precibus & supplicationibus communitatis, sed semper respondit civibus, absque Principis sui consensu nihil se posse concedere, mutationem enim aliquam in doctrina & ritibus Ecclesiasticis, eo tempore non sine magno Reip. malo & summo urbis periculo fieri posse. Venit itaque ipse Illustriss. Princeps *Ericus Senior Dux de Brunswig & Lüneburg* forsan excitatus à Senatu paulo

post in urbem, & ingressus Prætorium, multis verbis persuadere civibus voluit, ut expectarent donec comitia (quæ Hagenoæ indicta erant) concluderentur. Cives contra summa obedientia petiverunt à suo Principe & Senatu urbis sibi liberam permitti Evangelii prædicationem, & Pontificiarum abominationum abolitionem, se enim in omnibus politicis, & externis rebus, velle suo Principi & Senatu debere, & promptam obedientiam præstare, modo conscientis eorum nullus injiceretur laqueus. Verum *Princeps perseverans in suo Proposito*, ultro sit ex urbe iracundus.

Interim non cessantibus, sed pietatis negotium vehementer, & graviter urgentibus civibus, Senatus cum Syndico & pastore ad B. Egidium & ad S. Crucem, & cum omnibus, qui addicti erant Senati juramentoque obstricti, uno aut altero excepto, paulo post copiose excessit in die exaltationis Crucis vel ex metu, vel quod sic fortis patet esset cum Principe suo. Post illorum abitum *est facta per octiduum ma civappia* in Republ. per totum fere annum. Et nonnulli ex fugitivis speraverant fore, ut hoc pacto ceptis desisterent cives, vel mutuis se certaminibus, & odiis aliquando in summum discrimen adducerent. In tam miserabili statu Reipubl. designati sunt præcipui ex patritiis viri primarii, & excellentes, qui vices Magistratus habuerunt. Hi continuo literis datis ad confœderatas civitates *consilium* sibi dari postulaverunt, & rem omnem ad eas retulerunt, videlicet nihil se in hoc actum esse, & Senatum citra & præter omnium spem profugisse nulla alia de causa quam quod cives suppliciter religionem veram sibi concedi petivissent.

Ne autem Ecclesia negligetur ex rogatu præsentium, fuerunt Brunsviga missi duo præstantes Theologi, Dominus *Herman Winckeliius*, coadjutor *M. Martini Gorolitiis* in Ecclesia Brunsvicensi regentibus, & Dominus *Andreas Hoygerus*, ut subsidio essent istis Concionatoribus Hannoveræ, qui ibi vel cœperant Evangelium propagare, vel jam amplexi erant veram doctrinam, hoc est, neophytis usque paucis. Hi omnes de Consilio *Winckelii & Hoygeri*, & simul cum ipsis Evangelium pacis annunciarunt. Cum istis duobus concionatoribus viris piis, & celeberrimam operam præstantibus huic Ecclesiæ, mittebatur Brunsviga præsentem Brunsvigenis nomine *Author Sanderus* vir doctus, ut is Syndici officio in ea Republ. fungeretur, & simul consilia Procerum gubernaret, & causam Evangelii ageret. Atque sane ea ratione summa concionatoribus

præter & contra spem profugorum, in Ecclesia & Rep. conservata est, eaque magis magisque invaluit, moderante omnia illo *Sandro & Antonio à Barckhusen/ viro piissimo, & mihi & multis ante annos 36. noco.*

Interea Princeps *Ericus senior* profugorum querelis ad indignationem provocatus, edicto vias intercludi, ne quid importaretur in urbem mandat. Quare usque ad vincula Petri nihil est importatum, plerisque mercatoribus & bibliopolis merces interceptæ sunt, deinde in agro prope pagum *Lindam* incensæ sunt fruges quorundam civium, quare commoti cives in aliquibus locis munitionis rationem habuerunt. Cum ita premerentur cives, Dux piissimus & veritatis amantissimus Dominus *Ernestus Luneburgicus Princeps*, ex vicino suo Ducatu, quædam in urbem transportari curavit, quæ profecto civibus in ista anxietate & necessitate gratissima fuerunt. Itaque istius religiosissimi Principis *Ernesti* pietas est summoperè prædicanda. Interim per totum annum maxima damna sibi illata patienter tulerunt cives Hannoverani.

Excitati Proceres urbium confœderatarum, miserunt tandem legatos ad Principem pro pace urbi Hannoveranæ impetranda, quod ipsis aliquoties non successit, propterea quod novum designassent Senatorem, & novos creassent Consules, inter quos erat *Antonius Barckhusius*, valde celebratus ab *Urano Rhegio* Doctore, cui etiam Consuli multum Ecclesia & Resp. debet. Tandem ad Calendas Augusti DEI benignitate pax ea lege est urbi impetrata, atque reconciliatus Princeps per legatos confœderatarum urbium, ut ei numerare cogerentur Hannoverani 7000. vel plures aureos, quibus multabantur. Ita exclusi sunt profugi Senatores à dignitate magistratus, sed reversi sunt in urbem, ut privati viverent & manerent: Deinde novi gubernatores, qui omnia optime disponebant, inter quos præcipuus, & primus erat *Barckhusius*, permanebant in officio.

Sed de Ecclesia potius dicendum erit, quam de rebus politicis. Anno Domini 1534. revocantur concionatores Brunsvicenses, itaque de illorum consilio vocatur in Inspectorem Ecclesiæ Hannoveranæ *M. Rudolphus Mollerus*, Rector Scholæ Hervordianæ, cum quo sunt hi constituti concionatores, *M. Rudolphus* cum Domino *Georgio Scarabæo* in templo S. Georgii, *Nicolans Wevel* & Dominus *Albertus Leveimannus* in templo S. Crucis, Dominus *Bernhardus Lange* & Domi-

nus *Sebastianus Henningi* in templo D. Ægidii, &c. Ordinati sunt Diaconi viri pii, & Schola magna diligentia restaurata est. Quod factum est antequam pax & gratia inveniretur apud Principem, sed confirmata tamen jam novo Senatu.

Tandem omnibus diffidiis sopitis, & tumultibus abdicatis, placuit ordinibus urbis conscribi ordinationem conformem verbo DEI. Inter evocatus est ex vicina urbe cella Doctor *Urbanus Rhegius* anno 1555. in cœpit examinare Concionatores, & Scholæ administratores, atque ibi per aliquot septimanas hæsit, & Abdiam Prophetam ibi prædicare publicè, atque ipsius annotationes in eundem Prophetam declaravit Syndico *Anthori Sanderò*, *M. Rudolpho Mollero*, & Domino *Georgio Scarabeo*, viris doctis, de hinc conscripsit utilissimam ordinationem, quæ adhuc inter opera Urbani Rhegii extat. Fuit igitur ab eo tempore Archiepiscopus istius Ecclesiæ Doctor *Urbanus Rhegius*, usque ad annum 41. quo mortuus est in Domino Cellæ Saxonum.

Postquam autem sperarent Hannoverani, se pacem consecuturos, tamen diabolus ipsis novas movit turbas. Nam cum passim circa annum Domini 39. & 40. incendiarii vagarentur in Brunsvicensi ditione, & multæ insidiæ urbibus hinc inde struerentur, adjunxerunt se secedere Schmalcaldico secuti aliarum civitatum exempla, idque de consilio prudentissimorum quorundam virorum, sed eventus DEO ita versante res humanas, magno constitit & consilia, quæ optime cogitata erant, ceciderunt pessimè, &c.

Anno Domini 1540. translatus est *M. Rudolphus Hannoveræ Hameloniæ*, ut in Historia Hamelensi dicitur prolixius, & ei successit *Georgius Scarabeus*, cui deinde fuit collega *M. Johannes Krampius*, quondam Superintendens in Comitatu Hoyensi, qui etiam ibi post aliquot annos vitam finivit. Postea ibi Inspectores, & præcipui fuere concionatores *Clemens Ursinus*, qui Halberstadio venerat, qui inde Hildesheim proficiscitur ad ministerium vocatus, item *M. Bartholomæus Wiffertus*, qui fuit ibi Superintendens circa annum Dni 1556. cum hi essent ei collegæ, *Georgius Scarabeus*, *M. Valerius Hockerus*, *Martinius Lestrinus*, *Henricus Bruggamp*, *Johannes Gresse*, *Johanna Hoffmeister*, qui tres posteriores erant Westphali. *Henricus Bruggampius* & *Christophorus Hoffmeister* diu ibi docuerunt. Docuit etiam ibi post Scholæ administrationem *M. Christianus Schleibingius*, denique *Paulus Selandus*, qui antea fuerat Concionator in castris Comitis *Aldenburgici*, *Christophori* & mortuus

est anno 1546. Hannoveræ, & quidam vir doctus obiit ibi diem suum in ministerio *M. Christophorus Richardus* nomine. Cum *Martino Listerio* contingeret controversia ibidem, cum Syndico urbis *Andrea Crusio*, Jureconsulto, uterque dimittitur à Senatu, & credo postea mortuum esse ibi *Hockerum*: ita in utriusque locum venit *M. Georgius Henningus* / *Northemius*, & *Johannes Geander*, qui quoque dimittitur ob quantum controversiam cum Cantore habitam, deinde quod vehementior fuisset, in Synergistas anno 1567. *Georgius Scarabaus* vir multæ lectionis, mortuus est quoque Hannoveræ, *Hoffmeisterus* aliò ivit, & tunc assumebantur *M. Johannes Obermeijerus* Brunsvicensis, & *Conradus Weckius*.

In *Johannis Geandri* locum assumitur ex Schola *M. Vitus Buscherus*, Hebrææ linguæ valde doctus homo, pacificus, diligens, pius & verus Theologus. Qui jam ibi sub annis sex fuere Doctores, exprimuntur in formula concordia.

Gubernatores ibi Scholarum fuerunt, *Johannes Swelmtus* circa annum 1536. *Johannes Wilterus* circa annum 1537 *M. Christianus Sleibingius*, circa annum Domini 1540. &c. Cui successit *Bernhardus Vogelmannus*, deinde *M. Johannes Glandorpius*, & post eum *M. Vitus Buscherus*, Huxariensis, &c. Fuit etiam aliquando Rector Hannoveræ *M. Johannus Welmannus* Hagienfis.

Est ibi egregia Bibliotheca publica: Emptis enim à Senatu Corvini libris, eam mirifice exornavit libris *Georgii Scarabai* hominis docti, similiter emptis Senatus. Nam *Scarabai Bibliotheca* fuit magna, & omnibus omnium generum libris referta: Hanc quotidie novis coemendis libris exornare pergit Senatus ibidem.

De ECCLESIA HAMELENSI.

Illustrissimo Principe *Erico Seniore* vita functo in Comitibus Haganensibus anno Domini 39. (vel ut alii volunt anno 40. & jam gubernatio ad Generosissimam *Dominam Elizabetham* vice junioris *Ducis Erici*, filii sui ab omnibus statibus ditionis esset translata, deliberatum est in aliquot conventibus maturè, de reformatione Ecclesiarum per totam ditionem, instituenda. Et cum ista reformatio in effectum produceretur, imo jam antea aliæ hujus inferioris Ducatus Brunsvicensis urbes *Gottinga* & *Northemia*, ultrò reformationem admisissent,

& diu Hannoveræ vox Evangelii sonuisset, actum est etiam cum *Præ-*
ribus urbis Hamelonia, ut idem facerent, quod tamen diffidens
 & resisterent istis cœptis aliqui, qui *additi erant Capitularibus*, sui que-
 stus gratia, tandem unanimiter fecerunt imperata, & ab Illustrissimâ
 Principissa petiverunt sibi aliquem virum pium, doctum & idoneum
 mitti, qui ordiretur hoc reformationis negotium in ea Ecclesiâ. Visum
 igitur fuit *Antonio Corvino*, primario antistiti, & Domino Doctori Me-
 dico *Burchardo Mithobio*, aliisque quibusdam nobilibus, ut ex Ecclesiâ
 Hannoverana vocaretur per literas Illustriss. Ducissæ, & simul Senatûs
 Hamelensis ad istam rem *M. Rodolphus Mollerus*. Is igitur in vocatus
 venit anno 1540. in die Clementis Hameloniam, & *primam habuit con-*
cionem in die Catharina, de decem virginibus in magna frequentia, &
 non sine gaudio hominum piorum, contra verò frementibus adver-
 sariis, Pontificiis Canonicis. Is ibi continuo ab eo tempore docuitur
 que ad Dominicam Esto mihi, &c.

Circa quod tempus rediturus ad suam Ecclesiam constituit in suum
 locum Dominum *Henricum Vogelmannum*, (qui etiam hodie anno 1561.
 docet Hervordia) virum certe doctum. Hunc quod videretur paulu-
 lum seditiosè urgere contra Illustriss. Domina, & Senatûs etiam civi-
 ves provocareque, ut auderent aliquid contra adversarios tentare, sic
 post annum præsentem Domina Principe, dimissus est anno 1541. in festis
 Paschalibus. *Placuit verò Domina*, Superattendenti Generali D. *Cor-*
vino & Consiliariis atque *Senatûi Hamelensi*, ut revocaretur ab Hanno-
 veranis *M. Rudolphus*, ut componeret res haud leviter turbatas, quod
 fiebat circa festum Pentecostes: Similiter tertio revocatur ad natalem
 Domini anno 1542. Nam tunc suâsu Corvini, & consiliariorum trans-
 ferebatur Rudolphus prope invitis Hannoveranis ad Ecclesiam Hame-
 lensem, confirmante hoc Doctore *Bugenhagio Pomerano*, qui tunc
 erat in Hildesimensis Ecclesiæ reformatione. Ibi quoque præsentem
 Illustriss. Principissâ & Consiliariis atque Corvino actum est cum Cano-
 nicis in collegio, ut abolitis Papisticis cultibus, ordinem, & modum in
 horis Canonicis, Psalmisque in dies peragendis à D. Corvino præ-
 scriptum susciperent, & simul cum Senatu per annos octo contrabe-
 rent, in suscipiendo ministerio *M. Rudolphi Molleri*, quibus quidem
 quoad sustinuit solus molem Ecclesiasticarum rerum, sed cum
 solus tam grave onus ferre nequiret, additi sunt ei collega, primo *Hil-*
licianus ab Heiden ex Horna, Comitatus Lippia oriundus. Huic disci-
 decem

denti in Escherden Coenobium virginum, prope Leinam successit *Ludolphus Organista Lemgoviensis*, cui in peste mortuo anno 1552. successit *Johannes Schwickerus Osnabrugensis*, cui deinde translato ad Hildesimenses, succedit *Theodoricus Anhocklius*, qui Theodoricus habuit successorem *Magistrum Simonem Gobelium Gottingensem*, post quam venit ad ministerium *Conradus Hollenstedens* civis Hamelensis, cui ad-junxit Senatus, tertium Collegam *Othonem Dombovium Osnaburgensem*. Et istis tribus *Magister Rudolpho, Conrado Hollenstedeo, & Othone Dombovio*, accessit quartus, gener *M. Rudolphi, Johannes Sifridus Huxariensis*, vocatus ad hoc, ut sublevaret focerum *M. Rudolphum Mollerum*, Superattendentem, & Decanum creatum in collegio: *Conrado Hollenstedeo*, ex cruce laboranti, & non amplius ministerio apto substituitur *Borchardus Rodewaltus* ex Schola, & cum *M. Rodolpho Mollero* hodie anno 1568. sunt in ministerio, *Otho Dombovius, Johannes Sifridus, & Borchardus Rodewaltus, Conrado Hollenstedeo* rude donato.

Retinuerunt semper *ordinationem*, & Catechismi in ista ditione *conscripam à Domino Corvino*, in Ecclesia Hamelensi, & puram ibi retinuerunt doctrinam ab omni labe semper inde ab initio usque ad hæc tempora sine dissensione.

Rectores Scholæ & juventutis inde ab anno 40. usque ad annum 1566. hi ordine fuere.

Bernhardus Luderus Mindensis, mortuus anno 1566. in ministerio Evangelii Huxariæ, *M. Georgius Barth* Osnaburgensis, nunc pastor in Inclyta Lubeca, *Johannes Vilterus* Hannoverensis, *N. Luderus*, Hagensis, *M. Johannes Glandorpins*, Monasteriensis, *Franciscus Abelmanus* Cellensis, *Borchardus Rodewalt* cui hodie successit *M. Rudolphi* filius, *Magister N. Mollerus*, &c. Quinam ibi hodie deinde qui etiam Hannoveræ, & Doctores & Ludimagistri in Schola & Ecclesia sub annis sex fuerint, illorum nomina recitantur in formula concordiæ, &c.

ANNOTATIO HISTORICA

De ECCLESIIS & PASTORIBUS per oppida Ducatus ERICI, circa annum 1568. constitutis, ab
HERMANNO HAMELMANNO
conscripita.

IN Munden fuit tempore Corvini, & adhuc hodie pastor *Casparus Coltmannus*, & ejus collega *Franciscus Twelmannus*, item aulicus

Concionator *Martinus Listrius*, &c. Item olim in oppido *Moringen* *Henricus Sehlemmens*, cui successit *Johannes Roffkorus*: Item in *Porteben* (*patria M. Johannis Spangenbergii V. Cellit.*) *Georgius Sremovigius*, cui successit *Johannes Glatbeckius*: Item in *Tranfeli* *Johannes Meminckveltius*, cui successit *Valentinus Salvator*, quo sub tempore Interim ejecto tandem succedit *Matthias*, *Johannis Meminckeltii* filius: In *Harst* *Nicolaus Schurzius*, in *Lauwenstein* *Albertus Hovelmannus*, cujus fuit magnus Patronus Nobilis vir *Burchardus à Galder* pater, & etiam etiam ejus filii *Henricus Burchardus Conradus* & *Hillebrandus à Galderen*. Vere nobiles viri & effecerunt, ut in locum demortui patris successerit filius *Burchardus Hovelmannus*, homo patronis ingenio in *Bomwerder* oppido docuit tempore *Corvini Joanno Utho*. Hodie docet in *Neustadt* Magister & elegans Poëta *Fredericus Dedericus*.

Post *Stenium Doctorem* est *Munderensis* pastor: *Henricus Oliberius Huxariensis*, &c. In *Gronow* hodie est pastor Magister *Johannes Hildesimensis* vir doctus, & in *Dassel* *Jodocus Henemannus*, in *Wettgen* *Henricus Simplicianus*. Hodie est pastor in *Wunstorf* Magister *Bartholomæus Sprockhorius*, *Gottingensis*, vir eruditus, &c. Qui nam *Northemii* sub annis sex fuerint Doctores & ministri, in formula concordia exprimuntur, &c.

De ECCLESIA GOTTINGENSI.

HISTORIA RENATI EVANGELII in ECCLESIA URBIS GOTTINGENSIS,

Autore

HAMELMANNO.

ERant duo Concionatores, qui circa annum Domini 1570. diligerenter Evangelii doctrinam coeperunt seminare (alteri *Nicolaus*, alteri *Fredericus* nomen erat) in primis hoc *Fredericus* effecit, ut tandem ex instantia civium piorum, qui hoc vehementer instabant apud Senatum urgebant, peteretur mutatio religionis, ita tandem hoc concessit Senatus, & fit deliberatio, qui eo vergit, ut ex *Brunsviga* evocaretur *Henricus Winkelius* (qui ibidem in Ecclesia temporis coadjutor erat) is adveniens ibi concionatur aliquoties, & jam bene constituta Ecclesia praeficit Magistrum *Jodocum Hermannum*.

praefertim in Parochia Divi Jacobi, qui postea Goslariae & in urbe Embe-
 beca, & tandem Hildesiae Ecclesiis inservivit, atque *Hildesia mortuus*
 est, is quoque *Winckelius* constituit *Magistrum Johannem Suelium*, Con-
 cionatorem & Pastorem, in aede Divi Nicolai: Qui etiam translatus
 est, postea ad Pastoratum S. Johannis, & tunc Superattendentis loco
 habitus est: Inde proficiscitur in *Schweinfurtum*, ubi fit Concionator,
 & tandem inde reverfus fit pastor ad S. Albanum circa illa tempora,
 quando ibi Doctor *Joachimus Morlinus* esset, sed *Henricus Brandes*
 fuit primo pastor ad S. Albanum, cui successit *Vitus Mochmacer* / &
 tunc tandem *M. Joannes Suelius*, qui demum inde discedens factus est
 Northemiae Superattendens, ubi adhuc in magno haeret, & moratur
 senio. Interim in initio Evangelicae doctrinae, ut dixi, fuit in templo
 Albani *Henricus Brandes* / cui postea *Vitus Mochmacer* successit, &
 deinde *Suelius Viro* in aede Divae Virginis fuit, tunc Evangelii minister
 vel pastor *M. Simon Kleinschmidt* / cui dimisso & eunti in patriam suc-
 cessit *Valentinus Salvator*.

Est & fuit semper pastor in Parochia Nicolai, *Hermannus Hentzel-*
mannus, adhuc in senio superstes, *M. Andreas Lemenhusius* ad S. Jaco-
 bum, & post illum *M. Johannes Uthlo Phrisius*, erat pastor, quo regre-
 diunte Erphurdiam, vocatur in locum ejus Doctor *Joachimus Morli-*
nus anno 1542. cui tunc erat collega *M. Bartholemaeus Wolfhartus*, atque
 illi discedenti in Hennenbergen Comitatuum in *Schleusingen* / suc-
 cedit *M. Franciscus Marshaufius*. In aede D. Virginis post illum Nico-
 laum N. *M. Simon Kleinschmidt* / cui discedenti succedit *Valentinus Sal-*
vator (*Heyland*) qui est adhuc in officio.

Persecutio facta tempore Interim.

Doctor *Joachimus Morlinus*, (qui ibi magna cum laude docebat in
 Ecclesiis, & in Schola) Nam tunc & Magister *Johannes Uthlo* / &
M. Lodovicus Herbelius, *M. Johannes Morigius* docuere in paedagogio
 ibidem instituto (& omnia ordine reformaverat, atque Catechisticum
 examen ac exercitum ibi in Ecclesias intulerat) tandem jubetur, quasi
 mandato Principis *Erici junioris* ejici: Et quidem erant tunc sic satis
 prompti ad executionem faciendam quidam in Senatu, quos ut reos
 aliquando *D. Morlinus* perstrinxerat: Sic exilium patitur Doctor *Morli-*
nus in Comitatu Hennenbergico in *Schleusingen* / morans sub pio Prin-
 cipe *Wilhelmo*, donec vocaretur in Borussia. Ita post illum statim

dimittitur, & *M. Franciscus Marshaufius*, quod improbaret ejectionem *D. Morlini*: Dum etiam Doctoris ejectionem, & illegitimam *M. Simonis Gobelii* vocationem, quem Doctori Morlino substituerant, non probaret *M. Simon Kleinschmidt*/ quoque in exilium mittitur. Sic quoque collega *M. Simonis Kleinschmidt's*/ *Lucas Bormannus* ejicitur post suum pastorem; Hinc facta est misera distractio Ecclesiæ. Multi homines ab intruso Gobelio, nec Sacramenta sumere, nec ejus Conciones audire volebant. Etsi vero *M. Simon Gobelius* tales derideret, & eorum plerisque mortuis sepulturam denegaret, tamen ex illis viri perfliterunt in proposito. Interim puduit Senatam illius impudentiæ in Gobelio considerata, ideo in ejus collegam vocarunt, quo possent illi instrui, & ad communionem duci, qui erant à Gobelio arrogante alieni, *M. Casp. Stumpffium* Argentinensem, sed quia ipsum contempsit Gobelius, & se ei declaravit hostem, ideo iste anno dimittitur. Itaque in se majus odium populi attrahit, quare tandem *M. Johannes Suthelius* eligitur Superattendens. Cum verò propterea Gobelio in *M. Suthelium* esset similtas coorta, discedit iterum *Suthelius*, & tunc quidem voluit sibi iterum nomen Superattendens assumere *M. Simon Gobelius*, sed ipsum nemo voluit eo titulo salutare, tam ex pastoribus ac ministris, quam ex auditoribus: *Suthelius* abiit *Northeimium*, ubi adhuc pastor in magno hæret senio, &c.

Quid post Interim acciderit.

Gobelius diu multa egit, quæ aliis non probabantur, cæcæ ferebatur, donec tandem nuper ante paucos annos moreretur, & tunc in Superattendentem vocatur *M. Philippus Casar Suevus*, qui hoc anno 1570. discedit in Borussiam, & post Gobelium successit *Franciscus Labecus*, qui hæcenus fuit collega Superattendenti Casari. In eade *Doctoris Jacobi* est pastor *Mag. Johannes Uthlo*/ & in eade *Albani* postattendentem *Suthelium* fuit pastor *Andreas Tappelius*, & illi mortuo successit *Theodorus Teuffel*.

Certamina.

PROpter intrusum in locum Doctoris Morlini, *M. Simonem Gobelium* semper erant contentiones inter ministros & in Ecclesia, tandem illo mortuo, & succedente *Mag. Philippo Casare*, cœpit Rector Scholæ *M. Joachimus Meisterus*, plurima certamina movere Superintendenti non solum in rebus Scholasticis, & aliis formulis Scholæ utilitatis, ut

etiam prælegendo certarent: Sed quoque in Theologia, volens Sincergismum, item doctrinam de necessitate honorum operum ad salutem defendere. Hinc varia certamina orta sunt. Tandem discessit Rector, & tunc immiscuere se istis negotiis alii Concionatores, & reprehenderunt Superattendente Casarem, quod perperam doceret, Repugnantibus dari Spiritum sanctum, à parte Superattendentis stabat *Valentinus Heyland* / & *Franciscus Eubeck* / sed *Hentzelmannus* senex, *M. Johannes Utsho* / & *Theodoricus Teuffel* se eis opposuerunt: Et certarunt scriptis copiosis in ea disputatione *M. Johannes Utsho* / & Superattendens Magister *Philippus Casar*. Separatim ab altera parte sunt in hac re consulti *D. Martinus Kemniti*, *Hermannus Hamelmannus L.* & *M. Bartholomeus Wolffbarius* Hildesianus Superattendens. Sed ipsorum separato iudicio non erant contenti, ideo à Senatu evocatur *D. Martinus Kemniti* ex Brunsviga, & *M. Rodolphus Mollerus* ex Ecclesia Hamelensi, & ex Neustadio *M. Fredericus Dedekindus* Poëta, & ibidem pastor: Illi venientes Gottingam, & Doctor Kemniti quoque adduxit Bouchenium: Ita illi quatuor totum negotium composuerunt, &c. Rebus compositis discedit in Boruffiam *Philippus Casar*.

Scholæ Rectores ibidem erant (Nam de iis qui in Pœdagogio ante Interim docuerunt dictum est.) Primus Rector tempore Evangelii primum prædicati fuit *M. Matthias Brachius*, deinde *Andreas Lemenhausius*, huic ad Ecclesiam translato succedit *Valentinus Pacaus*, & isti *M. Simon Kleinschmidt* / deinde *M. Franciscus Marshaufius*, post Franciscum *M. Simon Siirius*, huic successit *M. Matthias Jason* / deinde *Johannes Portius*, item *M. Arnoldus Schwiderus*, item *M. Johannes Huntius*, & tandem ille turbator *Jochimus Meisterus*, &c. Qui ibi sub annis sex fuerint Ecclesiæ ministri in formula concordia exprimuntur.

DESCRIPTIO

RENATI EVANGELII in ECCLESIA
URBIS SAXONIÆ HILDESII,

Autore

HAMELMANNO.

Cum diu multumque per aliquot annos laborarent in urbe Hildesia, pro consequenda Evangelica veritate, cives quidam pii, & hoc vehementer impedirent Pontificii, & sese munirent, tandem acci-

accidit circa annum Domini 1539. vel 1540. ut *Martinus Lutherus* manu-
 tus autoritate, & literis *Philippi Landgraviæ Hassiæ*, (quæ erant in eum
 finem amanter ad Senatum Hildesianum scriptæ) veniret Hildesiam, &
 fineret se persuaderi, ut antequam reciperet à Senatu responsum,
 ascenderet suggestum & concionaretur. Sed cum hoc perveniret ad
 Senatum, cucurrit ad templum præcipuus Consul, *Johannes Wilsdorf*
 & properans ad suggestum, detraxit *Martinum Luthrum* è suggestu, ut
 deinde ita eum inciperent adoriri vetulæ & mulierculæ adhuc parviti
 faventes, vel per Pontificios infectæ, quæ sedilibus suis, strepitu & cre-
 pidis pene eum enecassent, nisi ab *Henrico Ronerdingæ* (qui postea factus
 est Consul) sub pallio defensus & abditus fuisset. Postquam ille re-
 jectus esset, facta est inquisitio de eis cognoscendis, qui hujus rei au-
 tores fuerant, quorum nomina cum cognita haberent, omnes impe-
 tuo civitatis exilio mulctarunt: Et ajunt quidam numero 300. factis
 qui *Hildesio* exclusi vel *Hannoberæ*, vel *Brunsvigæ*, vel *Guelsiæ*, vel alibi
 pedem figebant: Ad quos tunc scripsit *D. Urbanus Reginus* confessor-
 rium scriptum, quod inter ipsius tomos extat.

Postquam verò post Ducem Brunsvicensem, *Ericum* seniores de-
 mortuum, in Inferiori Ducatu Brunsvicensi esset Reformatio Ecclesiæ-
 rum permilla, & accederet quoque hoc, ut dum *Principes Elector Sa-
 xoniæ & Landgravius Hassiæ*, ejecto *Henrico Duce Brunsvicensi*, occu-
 parent ejus Ducatum, & in ea quoque reformarent Ecclesiam, multi
 jam cives inflammarentur doctrina Evangelii, & magno numero pro
 reformatione admittenda instarent apud senatum, & quoque hoc ita
 subornarent, ut sub nomine prædicti utriusque Principis Electoris Sa-
 xoniæ *Joh. Frederici*, & *Landgraviæ Hassiæ Philippi* admonerentur, &
 exemplis vicinorum Principum & urbium, ut *Episcopi Halberstadensis*
 & *Magdeburgensis Alberti Brandenburgici*, Cardinalis, qui hoc jam
 suis permiserat, item utriusque ditionis Brunsvicensis, item *Lunebur-
 gensium Ducum*, *Lippiensium Comitum*, deinde *urbis Brunsvicensis, Guelsi-
 riensis, Gottingensis, Hannoberensis, Eimbeccensis, Northemensis, & He-
 melensis* urbium exemplo commoti eò pertraherentur, ut tandem civi-
 bus annuerent, & ad Reformationem Ecclesiarum ex visitatione facta
 in ditione Brunsvicensi *D. Johannem Bugenbadium Pomeranum*, *D. M.
 Antonium Corvinum*, atque ex urbe Brunsvicensi *Henricum Wicelium*
 coadjutorem, *M. Martini Goroliti* vocarent, & similiter exules reco-
 carent: Interea dum illi reformabant, & de multis negotiis delibera-
 bant.

bant, evocant ex Brunſvicenſi Eccleſia M. *Johannem Laſſhardum*, & *Ludolphum Peterſinum*, qui aliquot ibi conciones habuerunt, donec per Eccleſias conſtituerent ordinarios miniſtros prædicti Doctores. Hæc dum fierent anno 1542. ita tandem hoc elaboratum eſt, ut conſcriberetur à *Bugenhagio* ordinatio Eccleſiæ, quàm poſtea præmiſſa. Præfatione, ſub ſuo nomine edidit *Antonius Corvinus*, & huic ſua ſubſcripſerunt nomina *D. Johannes Bugenhagen Pomeranus*, *Antonius Corvinus*, & *Henricus Winckelius*, eaque ſic prodiit anno 1544. Summa ordinationis iſtius Eccleſiaſtica hæc eſt, præfatur primo *Corvinus*, ſitibundos diu quidem expetiviſſe Evangelium CHRISTI cives Hildeſiemenſes, ſed ipſos hæcenus ſuſpenſos, & pro hibitos fuiſſe per *Canonicos Thumberos*, & alios: Quosdam propter veritatis confeſſionem mulctatos, & in exilium ejectos: Poſtquam eſſet *Hildeſia* repleta multis Pontificiis hominibus ut *Canonicis*, *Monachis*, *Nonnis*, *Vicariis* & *Collegiis*, & in mundis ſcortis ac concubinis, multi exiſtorum numero cœperunt fortiter tueri ſuam religionem, & aliunde quoque in eum locum ſemidocti, & quotquot erant Pontificiæ religionis, confluerant, verum præſentibus *D. Bugenhagio*, *Antonio Corvino* & *Winckelio*, vix quisquam hiſcere audebat, ſed penitus obmuteſcebant omnes Pontificii: Ideo cedere coacti ſunt, & dare locum veritati, laudat deinde pium miniſtrorum conſtitutorum miniſterium, & jocatur de putativo *Epifcopo Valentino*, *Corvinus* in præfatione ordinationis Eccleſiaſticae.

Capita ordinationis editæ hæc ſunt, quæ ibi tractantur.

1. De Miniſterio Eccleſiaſtico, 2. de doctrina, & quid in ea contineatur, & quid ſit per eam in papatu reprehendendum, 3. de miniſtris Eccleſiæ, 4. de officio cuſtodum & Organistarum, 5. Parochiis, 6. de Ruſticorum Parochiis, 7. de Cœnobiis & Cathedrali Eccleſia, 8. de Ceremoniis Eccleſiaſticis, & de exercitiis Scholaſticorum in cantu uſitandis per Eccleſias, deque ordinatis & certis quibusdam concionibus habendis, 9. de feſtis, 10. de Baptiſmo factio in neceſſitate, 11. de abſolutione & confeſſione, 12. de viſitandis infirmis, 13. de nuptiis, 14. de imaginibus, 15. de excommunicatione, 16. de conſolandis facineroſis, qui ad ſupplicium ducuntur, 17. de ſepultura, 18. de obſetricibus, 19. de Concionatoribus ritè ſuſcipiendis, 20. de ordinatione

concionatorum, 21. de ordinatione Scholæ, & de Rectore, & collaboratoribus Scholæ, & certis classibus exercitiisque juventutis, 22. de receptaculis & loculis ad usum elemosynarum colligendarum & recondendarum, 23. de hospitalibus, 24. de casibus matrimonialibus, &c.

Constituti sunt anno 1543. concionatores, primo Superattendens *M. Jodocus Ifermannus*, Groningensis, evocatus ex Eimbeckensi Ecclesia, ut esset Superattendens, & *M. Joannes Crammius* evocatus ex Hannoverensi Ecclesia, constituitur pastor ad S. Michaelem, eoque fuit *Henricus Knackenhowerus* collega: Ad S. Jacobum, *Johannes Holthausius*, cui successit *Theodorus Holthausius*: Ad S. Gregorium *Johannes Frickius*, sed cum bonus vir cum *Crammio* proficisceretur Goslarium, occiditur ibi ab ebrüis, & ei successit *Nicolaus Bismarckius* quondam famulus *D. Pomerani*, & ex Cantoris officio, ad hoc munus vocatus è Scholis.)

In æde Divi Pauli constitutus est quidam *Cornelius N.* vocatus ex *Cassstede* & cum ille banno imperiali turbaretur ex eoloco, curavit illam Ecclesiam *Crammius* & *Knackenhowerus*, postea designatus est ibi pastor *Luderus Gravius*, & habuit successorem *Johannem Swickerum* Osnaburgensem mira facundia præditum.

Crammius redit Hannoveram, *Knackenhowerus* fit pastor in Neapoli Hildesimensi, & ibi moritur: Et tunc *Michael Hombergius* successit, cui mortuo succedit *M. Franciscus Marshaufius*, cui fuit Sacellanus *Henricus Northmeyer* / qui deinde factus est pastor ad D. Jacobum quoad *Theodorus Holthausius* Groningensis, vocaretur in Superattendens Goslariensem.

Quando *Ifermannus*, *Holthausius*, *Bismarckius*, *Swickerus*, *Northmeyerus* essent in ministerio tempore Interim, nulla quidem mutatio religionis facta est, sed dum se Hildesiam conferret *D. D. Justus Jungermann* 1548. ex Halla Saxonum, legit quidem in templo S. Crucis, explicans Epistolam Pauli ad Ephes. & aliquot Psalmos latinè, & pro concione explicuit Hieremiam ab initio usque ad cap. 10. vixitque ibi sumptibus Senatus per 3. anni quadrantibus, & deinde abiit Ratisbonam. Nam Senatus non audebat eum propter Cæsarem suscipere in Superattendens, cum *Ifermannus* moreretur. In *Ifermanni* demortui locum vocatur *M. Arnoldus Corverus* Lemgovienensis. pastor Juterbaccensis qui auditus pro concione, magno applausu suscipitur, sed dum in

familia tenderet rectà proficiscens Hildesiam ex *Juterbachio*, moritur in itinere peste, & tunc vocatur ex Ecclesia Hannoverana *Clemens Ursinus*, qui paulo ante cum cingeretur *Magdeburgum*, ex *Halberstadio* propter veram doctrinam ejectus erat: Is in functione Superattendentis mortuus, habuit successorem *M. Tilemannum Cragium*, cujus extat scriptum de imagine *DEI*, latinum & Germanicum. *Nicolao Bismarco* peste mortuo, successit *David Ursinus* Clementis filius, qui erat *Tilemanni Cragii* Sacellanus, & in æde *Pauli Suickero*, *Joachimus Bolbrugius*: Et tunc *Johannes Fabri* erat collega *M. Cragii*, & *Felicianus Heiden* erat pastor ad *S. Martinum*. Postea coortum est certamen inter reliquos Concionatores, & eorum Superattendentem *M. Tilemannum Cragium*, quem (etsi esset vir doctus) accusabant alii tanquam male tradentem de usu legis, & de Eucharistia: Tandem eò res dirigitur dum vehementior esset *Cragius*, ut Senatores de aliorum Concionatorum consilio ipsum ex functione, & urbe ejicerent: Et de tota controversia extant publica & contraria scripta, quæ ab utraque parte emissa sunt: Quæ ab *Hildesianis* sunt edita, non solum à Senatu in genere sunt sub nomine totius Senatus edita, sed etiam nominatim hi subscripserunt *Mag. Franciscus Marshusius*, pastor ad Sanctum Michaelem, *Mag. Theodorus Holthufius*, pastor ad *S. Jacobum*, *Nicolaus Bismarcus*, pastor ad *S. Georgium*, *Felicianus Heidenus* pastor ad *S. Martinum*, *Joachimus Bolbrugius*, pastor ad *S. Paulum*, item *Johannes Faber*, & *David Ursinus*, ministri ad *S. Andream*, &c. Deinde *M. Johannes Rhegius*, qui fuit vice Superattendens, & in demortui *Johannis Fabri* locum venit. Hæc anno Domini 1558. facta sunt, & tunc vocatus est in locum *Cragii* *M. Bartholomæus Wolffhartus* Mansfeldensis, qui postremus ante *Beccerum* ibi administravit functionem Superattendentis.

Ad *S. Michaelem* fuere ministri *M. Hesso Sengeberus*, qui adhuc anno 1587. vixit, & discedenti *Rhegio*, *Quedlenburgum* succedit in Ecclesia *Andree*, & ei est collega *Barwardus Scraderus*, tunc fuit in æde *Michaelis* collega *M. Marshusii*, *Johannes Brinckmannus*, cui successit *M. Arnoldus Stormerus*: Post *Henricum Nortmejerum*, mortuum in functione pastoralia ad *S. Jacobum* fit ibi Ecclesiastes *Henningus Steimannus*, qui moritur anno 1568. & habuit successorem *Mag. Joannem Gantzen* *Gottingensem*: Et de mortuo *Joachimo Bolbrugio*, fit pastor Ecclesiæ *Paulinæ* vir, placidus *Henricus Bovius* *Paderbornensis*.

In Neapoli fuerunt Concionatores anno 1568. (licet ibi Superattendenti non subsint) *Franciscus Abelmannus* Cellensis, & *Hennricus Alve* / &c. Qui nam ibi sub annis sex fuerunt Concionatores & Ludimagistri, illorum Nomina exprimentur in Formula Concordiæ.

De Scholis.

Evangelicæ Scholæ primum fecit Rectorem *M. Laurentium Mollerum*, Stolpensem Pomeranum *D. Johannes Bugenhagen* / qui postea civis est factus, & tunc ei successit *M. Joachimus Degenerus* (qui postea factus est secundarius lector Theologiæ Hamburgi) deinde ei successit *M. Paschasius N.* & tandem post illum revocatur *D. M. Mollerus*, sed cum is animum aliis rebus adjiceret, abdicavit se ista functione, & factus est Senator urbis, cui tunc successit *Heso Sengeberus*, & post illum *M. Arnoldus Stormerus*, & postea *M. Georgius Juncelincshusen*.

Fuit *M. Laurentio Mollero* certamen cum Superattendente *Bartholomæo Wolffharto*, & aliis concionatoribus, propterea quod in edito carmine de morte *Philippi Melanchthonis*, concionatores Hildesimenses clam notasset. Hanc controversiam, cum Senatus vellet componere, res eo usque est protracta, ut interea eligeretur in Quartorem *senarii* & Senatorem iterum *Mollerus*, sed illam provinciam noluit *Mollerus* suscipere, nisi omnibus rebus compositis, & reconciliatio inter ipsum & concionatores esset facta. Verum tum ea tam subito fieri non posset, & ille perstaret in sententia, pro veteri more urbis, quia oblatam in Senatu stationem recusaverat, pellitur urbe, ut ad aliquot annos exul esset.

Hoc est laudandum in Senatu Hildesimensi, quod juxta ordinationem Ecclesiæ omnibus Pontificiis, & etiam Canonicis, quos vulgo *Thum-Herrn* vocant, clauderet templa, sed tempore Interim iterum aperuere Canonici suum templum, & in eo ab eo tempore sacrificarunt, & idololatriam exercuerunt, quàm *Cragius* scripto edito impugnavit, & Senatus mandavit semper, ne quis istorum sacris intercederet ex civibus, & imprimis præcepit, ne aliqua ex scortis Pontificiis procederent in publicum, & ad forum, vel ad honesta convivia: Ita hæc tandem impetrarunt à Cæsare, ut anno 1570. omnes *Concubinae Pontificiæ* ejicerentur à *Berchardo Obergico*, Episcopo ibidem.

Anno

Annotatio de vicinis Ecclesiis.

Postquam *Fredericus Dux Holsatiae* eligeretur in Praesulem Hildesianum, & jam consecutus esset possessionem arcis utriusque *Peim* (quae Praefectura fuit amplissimus olim Comitatus) & *Sturwald* / moritur mox, & utriusque arcis possessionem retinet ejus frater *Adolphus Dux Schleswici, Holsatiae & Dithmarsiae, &c.* & curat statim per *D. Doctorem Joachimum Morlinum* visitari Ecclesias, & examinari pastores utriusque praefecturae, & deinde in usum utriusque constitui & conscribi ordinationem Ecclesiasticam cum examine ab eodem, quae sub nomine & Praefatione *Principis Adolphi* anno 1562. edita est, ordinatio est elegantissimè conscripta, & summa Christianae religionis continet: Deinde à *D. Doctore Morlino* constituitur Superattendens in *Peim / Eilhardus Segebade* Bremensis, & fuerunt in ea Praefectura 18. pastores pii & docti, inter quos primum locum obtinent *Jacobus Rolichius*, pastor in *Munstede* / & ejus filius Magister ejusdem nominis *Jacobus Rolichius* affinis sororius, Superattendens *Eilhardi Segebade* / pastor in *Hogenhamelen*.

Cum Sacellanus Superattendens admoneret quendam nobilem accessurum ad administrationem Baptismi, quod indignè accederet ad Sacramentorum ministerium, quia hosti Evangelii *Ferdinando Duci Albano* militasset, subiraescitur nobilis, & clava plumbea ejus caput contundit, propterea is venit in periculum, & aliquoties est dies à *Duce Adolpho* indictus utrique parti (Nam ex tam gravibus contusionibus in nihilum redactus est Sacellanus, ut nulli rei sit habilis) verum cum nihil posset determinari, tandem eò est res deducta, per commissarios ad hoc à *Duce Adolpho* deputatos, ut *Conradum de Zwichelem / & D. Doctorem Martinum Kemnitium, D. M. Bartholomaeum Wolffhart / M. Andream Pouchenium, M. Franciscum Marshusum* in initio anni 1570. ut nobilis numeret Sacellano ducentos octoginta daleros ad vitae sustentationem, & viginti daleros in usum templi, quod prophanaverat. Manet integra Religio in Praefectura *Peim* anno 1571. dimittitur *Eilhardus Segebade* Superattendens, propterea, quod quorundam levitatem liberius reprehenderat, & ego *Hamelmannus* vocabor multis literis in ejus locum, sed non suscepi conditionem, propter certas causas.

In arce *Steurwolt* / qui ad se illam traduxit, postea Episcopus Hildesimensis *Borhardus Nobilis ab Oberg* / Pontificiae religionis homo,

collapsa est reformatio, quia in gratiam Episcopi, etsi nihil tale ille vel præcipere vel inhibere, cœperunt plerique ex pastoribus claudicare & missificare in gratiam Episcopi. Quamquam multi pii ex pastoribus nitantur suffragio optimi Cancellarii & liberalissimi studiosorum Mœcœnatis LL. Licentiati *D. Francisci Mutzelini*, & sub ejus patrocinio ibidem pergant Evangelium sincere prædicare.

De RENATO EVANGELIO

In URBE IMPERIALI HAMBURGA.

Anno Domini 1521. fuit pastor ad *D. Catharinam M. Ordo Semerlii* promotus Magister, vir senex & gravis, is prudenter & graviter cœpit primum arguere Indulgentiarum abusum, & de fide justificante, de vero usu invocationis, & abusu invocandorum sanctorum, de legitimo clavium exercitio, atque Papali abusu in doctrina de excommunicatione differere. Hæc cum aliquandiu tractaret pro concione præsenio, tandem deposuit officium. Interea circa annum Domini 1523. advenit ex Ecclesia Rostochiensis vir doctus, *Stephanus Kempenus*, in Cœnobium Mariæ Magdalenæ, homo ordinis Franciscici, is ibi aliquoties concionatus fuerat, & adeo ipsius hominis concio placuerat, ut templarii cuperent eum retinere in pastorem & ministrum, & tandem cum illo est transactum, ut dum deficeret viribus & molestaretur à Pontificiis, ut cogeretur desistere *M. Ordo*, qui canonicus usque in annum 1528. vixit senex & debilis, ecce inciperet hic *Stephanus Kempenus*, ad cujus conciones, quia purius & diligentius præ reliquis docebat, & abusus Pontificiorum alacriter taxabat, atque Pontificios refutabat, tota confluebat civitas, & deferebant suos Pontificios Concionatores omnes: Ideo omnes incipiebant contra illum invidere, & diris eum in concionibus convitiis proscindere tanquam blasphemum hæreticum, repugnantem Spiritui sancto, sese Ecclesie Catholicae opponentem: Tum quoque eum publicè coram Senatu accusarunt Pontificii, & illa certamina durarunt in quartum usque annum. Quia ipsis modestè restitit & respondit. Ex Pontificiis autem erant adversarii Concionatores *Doctor Johannes Engelinus*, Canonicus ibidem, *Doctor Henningus Kisbruggius* Canonicus, & pastor ad *S. Nicolai*, *D. Henricus Bendi* Canonicus, *M. Joachimus Vibeckius* (quod

in locum *M. Ordonis* violenter constituerant) pastor ad D. Catharinam, *M. Fredericus Hennings*, *Henricus Schroder* / *Augustinus de Gotolen* / *Henricus Rensborgius*, & *Matthaus in der Klaufft*. Hi omnes sese gravissimè opposuerunt *Stephano Kempeno*, & quamvis *M. Joachimus Visbeckius* primo videretur accedere ad doctrinam Evangelii, tamen seducitur à Pontificiis, ut ad eos iterum deficeret. Tandem moritur, *Doflor Johannes Engelinnus* sub finem anni Domini 1525. ideo in ejus locum vocatur sequenti anno clarus & celebris D. Theologus *Bartoldus Mollerus* Hamburgensis, ex Academia Rostochiana, qui & promotor & Præceptor *M. Stephani Kempeni* fuerat olim Rostochii. Hic cum nuper advenisset, vocat ad se *M. Stephanum Kempenum*, & de rebus variis loquitur multa proferens contra sectam Lutheranam, & jactitans quomodo vellet propediem contra illos disputare: Stephanus respondit modestè, sed tamen diligenter pro defendenda veritate: Tandem sic inter illos conventum est, si quid haberet reprehensione dignum in concionibus Stephani *D. D. Mollerus*, ut id liberè indicaret *per scripta Stephanum* modestè responsurum esse. Huic determinationi acquievit uterque, donec tandem biduo ante festum Palmarum inciperet *Stephanus* usum utriusque Speciei etiam laicis conferendæ, tueri pro concione in explicacione passionis Dominicæ: Ibi mox excipitur atrocibus verbis à *D. Mollero*, & pro hæretico publicè pro concione accusatur in die Palmarum: Imò omnes pro hæreticis damnat, qui dicunt utramque speciem laicis porrigi debere. Ita animati reliqui Pontificii tam vehementi concione *D. D. Molleri* cœperunt, & ipsi stomachosius & nominatim invadere pro concione *Stephanum*. Interea venit Hamburgam, eò vocatus ad festum Michaelis ex Magdeburga, *Johannes Zegenhagen* / vir pius & doctus, ut fieret Sacellanus ad S. Catharinam: Quem postea ad D. Nicolaum abeunte, & fugiente pastore cum Sacellanis, circa festum Michaelis assumpserunt in Pastorem. Hic igitur cœpit gravissimè veritatem Evangelii propagare, & publicè Evangelium docere, pontificios notare, ideo sacrificuli & vicarii in odium *Johannis Zegenhagii*, decreverunt unanimi consensu, ut emanerent ex templo Nicolai, per totum festum Natalis Domini, sperantes ita populum excitatum iri contra *Zegenhagium*: Sed contrarium accidit: Quia postquam viderent parochiani, quod tam bene utilibus concionibus germanicis & latinis, atque suavissimis concionibus, festum totum celebraret & perficeret, solus cum custode & Sacellano, atque

atque Ludimagistro *Zegenbagius*, quid opus erit, ajunt, alere tot ventres sacrificulos? Sic ille in posterum rejecit ab omnibus officiis Missarum & chori vicarios & missifices, ut nec ab eo tempore possent ingredi chorum vel locum habere in templo. Ipse igitur cum *M. Stephano Kempeno*, cœpit palam Sacramenta administrare, juxta institutionem CHRISTI.

Interea vocatur etiam ex urbe Lubeca ad curam pastorem in ecclesia *D. Jacobi M. Johannes Fritzius*, vir doctus & studiosus, qui ex promotione pii & præstantis viri ac civis Hamburgensis *Joachimi Wegedori* pervenit ad illam vocationem. Erat enim omnium Evangelicorum ministrorum patronus unicus ille *Joachimus Wegedorus*, & plurimum apud cives laboravit, ut fieret propagatio Evangelii in urbe Hamburgensi, ideo ei potissimum & *D. Detlevo Schuldorpio* (qui postea Senator factus est, & primus ac præcipuus fuit hospes Evangelicorum ministrorum, profectò vir verè pius, & non inereditus) atque *Fredrico Ostra* civi seni & sancto, hoc inquam debet acceptum referri. Interea multis de bacchationibus, & diris convitiis, atque calumniis pro concione traduxerunt, & damnarunt Pontificii Concionatores, & ministros synceros, hoc est, Evangelicos: Commovit illa contentio, & altercatio vehementer Senatam, ideo convocarunt utriusque partis pastores & ministros in Curiam Consules & Senatores. Erant enim in Senatu Evangelio vehementer addicti *D. Joannes Wedekius* vir doctus, qui postea factus est Consul, & deinde *D. Hermannus Roverus*, *D. Johannes Rodenburgius* (qui postea factus est Consul) *D. Joannes Schröder*. Erant tunc ipsi Consules quidam nutantes & fluctuantes, interim Evangelio videbantur favere (quod postea eventus docuit) ut *D. Theodorus Hochhusen* / *D. Albertus Wetsedius*, *D. Johannes Spulpen* / & *D. Paulus Croten* / vir verè pius, &c. Quamquam hi timidius & languidius in initio agerent, tamen verè cœperunt CHRISTUM pedetentim agnoscere, & in illo postea obdormierunt, & patroni verè doctrine suæ usque ad mortem.

Convocatis Concionatoribus utriusque partis, proponit *hos articulos servandos* Senatus, die Sabbati ante Dominicam Misericordius Domini anno 1526. & deinde hos quoque in scriptis comprehensos passim *valvis templorum curat apponi ac affigi* in hanc sententiam, &c.

I. Omnes quotquot sunt, qui publicè Hamburgi docent, debent imprimis cavere, ut pure & simpliciter absque affectu, & ignominia
cujus

cujusdam vel quarundam personarum notatione verbum DEI prædicent, ut quoque ex aperta & perspicua scriptura, & rationibus firmis tum ex veræ Ecclesiæ scriptis sua confirmet citra fucum, nec quoque cum vehementia quadam, sed potius leniter & placidè atque Christiane, ut decet Concionatores.

2. Ne nominatim vel etiam in genere altera pars alteram vel unam damnet, vel hæreseos publicè incuset, sive contemnat pro publica concione vel convitiis proscindat. Si quis alium putet deliquisse, & non rectè functurum esse suo officio, is *juxta regulam à CHRISTO præscriptam Matth. 18. & Lucæ 17.* agat cum eodem nec etiam aliter, ut unus alterum erudiat vel etiam, ut potius (si omnino opus esset) fiat coram doctis quam coram rudi plebe.

3. Ideo coram plebe nihil amplius erit exagitandum, vel differendum, nisi quod ipsorum saluti conducatur, ut summam doctrinæ, in qua vera animarum salus consistat, plebitantum inculcent, omissis aliis.

4. Propterea omnes controversiæ, & graviores quæstiones sive periculosæ altercationes, quæ à plebe percipi nequeunt, vel non intelliguntur, sed potius scrupulum illorum conscientis injiciunt, omnino coram plebe pro concione tractari non debent.

5. Hinc necessarium est, ut quilibet concionator ita sit affectus, ut eum scripturæ textum suscipiat coram plebe explicandum, qui ad ædificationem populi spectet, & hoc unum agat, ut fundamentum salutis discant, & deinde ex concionibus erudiantur, quomodo juxta doctrinam Apostolorum Rom. 13. & 1 Petri 2. magistratui obediendum sit, atque *charitas & concordia* inter omnes servari, & possit & simul debeat, fraterna que & Christiana unitas retineatur.

6. Si vero accurrat, ut omnino vel *de vitio hominum in genere*, vel de errore & transgressione, sive negligentia diversorum statuum humani generis dicendum esset, ut tunc *habeatur ratio personarum* deinde, ut ita abusus taxetur, ne verus usus contemnatur & pereat.

7. Si omnino ex infallibili & perspicua scriptura aliquid proponendum esset, & quidam crassissimi abusus cum verbo DEI aperte pugnantes, essent taxandi, ut hic rursus ea potius utantur modestia concionatores, quo populus retineatur in officio, ne quid seditiose in mutatione ceremoniarum, in dejectione statuarum, & aliis tumultuosis actionibus, ab ipsis *in detrimentum urbis Hamburgensis* agatur, verum

Ddd ddd

potius

potius ad modestiam & tranquillitatem & ad preces erunt hortandi, ut oratione instent, si Domino placuerit & visum fuerit, ut is ad reformationem legitima media largiri velit, &c.

8. Si quis contra hos præscriptos & prædictos articulos peccaverit, *is & officio & urbis jure privabitur citra ullam exceptionem.* Illa omnia præscripta vel propositos articulos susceperunt ab utraque parte, tam Pontificii quam Evangelici, ea lege, ut quod jam erat abolutum, simul quoque in posterum abolutum maneret. Sic quisque sese continet in suis terminis, factus moderatior & quilibet docuit juxta artem suam quamquam tres illi pii Evangelii Concionatores *Stephanus Kampas, Johannes Zegenhagius, & nuper accedens M. Johannes Pfluzius,* nihil ex vera doctrina remitterent, sed ædificationem plebis & propagationem Evangelii modeste & cum fructu urgerent: Delabente in illo anno Domino 1526. usque ad finem accidit, ut Dominica post Nativitatem CHRISTI, quidam ex Cathedralis Ecclesiæ Canonici *Nicolaus Bustorpius,* palam doceret *Christum non esse passum pro mortali peccato,* sed tantum pro originali peccato: Pro mortali autem peccato cuilibet sua contritione & merito, jejunio, elemosynis & aliis operibus satisfacere oportere: *Secundo* afferuit quoque, si quis laicorum sumeret Sacramentum sub utraque specie, eum æternæ damnationi subjacere.

His impiis assertionibus prolatis, contraria docentes & præsertim Evangelicos ministros, tres prædictos publicè & palam reprehendit & damnavit ex Evangelio istius diei, & in signum cui contradicetur, &c. Quo textu Evangelii voluit miser ille probare *ipsos Antichristi præcursor esse,* & Doctores tales qui Christo contradicant & resistant, &c.

Hic modestè juxta præscriptum Senatus egerunt illi tres Evangelici Concionatores, & omnibus omissis ablegarunt duos Sacellanos *D. Jacobum Laurentii & Lucam N. Sacellanum ad ipsum Bustorpium* adjuncto eisdem quodam pio cive & vero Christiano, ut ab illo quaereretur, an in illam, ut præscriptum est sententiam, sic concionatus esset præterita Dominica.

Hic noluit Sacellanis respondere, sed Domino *Johanni Zegenhagii* latina Epistola respondit, quam propterea subjicimus, ut cognoscatur ruditas Papistarum illius temporis.

Salutem, &c. Misistis ad me, venerande fautor, Capellanum vestrum, ut ex eo intellexi, cum duobus aliis sibi junctis, qui deferrent certos articulos, per me ut dicitur, Dominica sub octava Nativitatis

CHRISTI prædicatos. Et incepit dicere, ne a gre ferrem, quia Dominus pater Stephanus ordinis minorum, Dominus meus, pastor Ecclesiæ S. Catharinæ, & Dominus pastor S. Nicolai, & pastor Ecclesiæ S. Jacobi, miserunt me ad vos, volentes scire, an illos articulos sic proclamastis publicè ad populum, Dominica (quæ supra) quia ex ore vestro sic sunt auditi & collecti. Quia igitur charitative (ut apparuerit) venerunt, ideo sic illi respondi lectis articulis, verum est, sunt quidem à me prædicati, sed non omnes, sed nec sub ista forma verborum, in parte veri sunt, at non in toto.

Pater Stephanus stipulam siccam pro sequitur, agat, quæ religionis suæ, dimittat me in iis negotiis meis, nunquam illi nocui in verbo, quid igitur molitur malum contra proximum, qui frater est, faveo illi, ut bene valeat: Vobis autem pastoribus dico, si tales estis, gaudete; si minus timete, felix servus, quem constituit Dominus aut loco DEI, præsidens super familiam suam, &c. Oves CHRISTI, quas sanguine suo redemit, pascitis, non vestras, felicius est, qui quærit non sua, sed quæ JESU CHRISTI, transit temporale, restat æternum, felicissimus est, quem constituet Dominus super omnia bona sua, si non sunt qui in Ecclesia loco DEI præsident, gratis videtur mihi Dominus respondisse: Date Cæsari quæ sunt Cæsaris, & quæ DEI DEO, decimas, primitias, oblationes, quæ tunc Sacerdotes legales præsidendo receperunt. Et Dominus Petro dixit: *Accipe didragma, & da pro me & re*, quasi dicat: Ego sum de hoc mundo iturus ad patrem, in loco meo præsidebis, si verior & melior est alia horum verborum intelligentia, patiar libenter, mea nihil sit, transeat illa. Ad articulos venio: *Primus* est de pane benedictionis in Eucharistia sive in Sacramento Altaris, ubi sic locutus sum: Dominus noster JESUS CHRISTUS instituit hoc Sacramentum in ultima Coena sub speciebus panis & vini, & dedit duodecim discipulis suis (quo in loco nono discipulis stat pro 12. Apostolis. Nam varie hoc nono non solum in sacris literis, sed in sancto Evangelio ponitur) Non legitur dedisse 72. discipulis sic, sed nec generici suæ, nec quibusvis aliis, imo ipso die resurrectionis cum ibat, cum duobus discipulis ex 72. ut præsumitur in Emahus: *Acceptit panem forte talem, qualis esse debuit*, benedixit, porrigebat, dedit illis, quis dubitat, & dedit illis duobus, corpus suum, sub specie panis tantum: Si secus est, informate me, & libens patior, ubi subjunxi, hic auditur error contra Ecclesiasticam constitutionem sciatque omnis Christianus, quia

sufficit illi sub una specie, sed panis tantum non vini propter multa inconvenientia. Imo sunt duo signa sive duæ species, unum autem Sacramentum, ubi caro, ibi sanguis, & totus CHRISTUS, deitas, humanitas. Et ubi sanguis, ibi caro, & totus CHRISTUS unum est Sacramentum, quod heri, hodie est consecratum atque cras consecratur, quis dubitat divinam naturam esse indivisibilem? Nec consistit virtus Sacramenti in signis sive speciebus, sed in rebus contenta, quare ergo necesse est ut vulgus accipiat sic? Verum Apostoli post CHRISTI ascensionem haud dubium, non nisi per dispensationem Spiritus sancti, dederunt communi populo sub utraque specie: Sed quia fideles viderunt multa pericula & inconvenientia istius facti, per majores Ecclesie timerunt, ut sumerent omnes fideles sub una specie, & sic servat Ecclesia, & statuit, cui nos oportet conformari. *Extra enim Ecclesiam salus non est*, vetera observat, novis non indiget, nam illa fructum non inducunt. Quod autem Paulus sic tradidit Corinthiis, ipse videtis, quod ab usum illius venerabilis Sacramenti Corinthiorum deplorat, & de his conqueritur, ubi videtur, quod narrative loquitur, nam narrat factum CHRISTI in Cœna, & nihil præcepit, ut similiter videtis, sic locutus sum, & hæc est mea ad id doctrina, quam puto esse sanam, Catholicam, Christianam, spero quod tota Ecclesia, atque illius doctores omnes Christiani, sic mecum dicunt de vobis id ipsum haud dubito. Si quis autem melius & sanius populum docere poterit, libens informari potero, sustinete quæso Sacerdotes, quod sumunt sub utraque specie, ut sciamus quod CHRISTI sanguis realiter in benedicta passione sua effusus est: Et quod illi hoc populo prædicent, quod est memoriale suæ passionis, quæ nunquam de memoria vestra excidere debet, &c. Si igitur male locutus sum, testimonium perhibeat quisquis poterit de me, de malo, sin alias & bene, quid turbatis fratrem? Vivimus sub uno capite CHRISTO, in quantum homo est Deus, super omnia est, licet indivisibiliter divinitati conjuncta sit humanitas, omnes ergo membra sumus illius capitis, det DEUS quod viva non mortua. Cum ergo frater offendit fratrem, aut offendere intendit, quid aliàs facit, nisi quod proprium membrum molestat atque lædit. Sat hæc de isto Articulo.

Ad secundum Articulum sic respondeo.

Tamet si omnes vestri Articuli infidiosi contra me stent nihilominus ut veritatem non tacebo, quod dixi, sic locutus sum, & de presentia

fenti loquor: *CHRISTUS* peccata mundi pertulit in corpore suo super lignum, &c. Adæ & suæ posteritatis sua amara passione, & cum potuisset in *Ecclesia Prophetas, Apostolos, Doctores, &c.* posuit & septem *Sacramenta* in eadem, in remedium peccatorum nostrorum, ad quæ accedimus in fide *CHRISTI*, quam habemus ab eo, quæ etiam statim prorumpit in opera: Sic habemus *Sacramentum Baptismatis in deletionem peccati originalis* ad vitam spiritus: *Sacramentum Altaris ad nutrimentum spiritus: Pœnitentiæ contra peccatum actuale, &c.* Addidit & Dominus divina sua præcepta affirmativa & negativa, sine quorum impletione non est hominis salus, Evangelio teste, quæ etiam præcepit observari sub interminatione pœnæ gehennæ, ubi addidi: Tu autem cum ad annos discretionis perveneris, & peccas voluntaria ex mera voluntate atque malitia Spiritus, actualiter, mortaliter, putas, quod Dominus pro tali peccato passus sit, & ei illud velles imponere? minime. Tu ipse satisfacias pro tali transgressione divini præcepti. Sic dixi, dico de peccatis, & hanc doctrinam puto esse sanam, Christianam, Catholicam. Si non, docete me, &c. audiam vos, aut supplete, emendate & melius populum informate ex fraterna charitate, & libens audiam, &c. sine scandalo fratris. Æstimo ego si secus prædicarem & placerem hominibus, *CHRISTI* servus non essem, multa adhuc, sed transeant. Cæteri articuli non sunt alicujus ponderis, *CHRISTUS* Dominus media persona in Trinitate suscipiens humanitatem, fecit redemptionem humani generis, non nisi missus à patre, felix & quam felix, qui ab eo mittitur, nec credo, quod vere prædicabit, nisi mittatur, Paulo teste. Transiens ex hoc mundo ad Patrem, promisit discipulis suis mittendum Spiritum sanctum, tertiam personam indivinitate, qui *DEUS* est, is rector est *Ecclesiæ Catholicæ*, docens omnem veritatem, &c. Si quis autem se opponit *Ecclesiæ*, si hostis ejus est, cogitet: Suscepit autem *Ecclesia translationem Hieronymi Sacra scripturæ*, quæ sufficit nobis, non fuisset necesse aliam impressisse. Cæcior talpa est, quid non videt, quanti defectus sunt in illo, quod novum Testamentum nunc vocitant. Centum & centum atque iterum centum sunt in eo incorrectæ translationis, ut ipsi cernitis, vitia: Si talia & similia poterint facere fructum salutis in hominibus, videat autor illius, qui de eo reddet rationem, meminime bene dixisse alioquin, sed non tunc, quod *CHRISTI* Evangelium est supra nos, virtutes autem de-

bent esse intra nos, & quod tot mysteria in Evangelio, quot veritas imo omnia CHRISTI large loquendo miracula sunt & continent: Continent autem Evangelium externam humilitatem, paupertatem, castitatem, patientiam, charitatem, exilium, persecutiones, crucem, martyrium & similia: Si quis talia potest, gloriatur de Evangelio, si non, nihil dicat. Addidi etiam bene, quod si non habeant secum DEUM & spiritum ejus, suæ gratiæ parum aut nihil habent. Potest fieri & hoc credo verum. Similiter dixi aliquando de Paulinis Epistolis, quod nisi habeant secum Paulum, aut spiritum Pauli, qui illum legunt, parum possunt, aut nihil in Paulo. Luce hoc clarius est in ea, quæ est ad Romanos & Ephessos, taceo de reliquis, melius est illis bonis hominibus, quod intrarent Ecclesiam & suppliciter dominum exorarent, audirentque suos doctores, Prædicatores, Sacerdotes, Pastores, quibus hoc negotium incumbit. Ipsi autem secundum hoc facerent, deinde exercerent sua negotia, & sic essent contenti. Si bene dixi: Si male parcat mihi Dominus, si bene, cur quis in pejus interpretatur? Simile forte de benedictionibus, ubi dixi interim, quod si verba CHRISTI effectum habent in creaturis habeant & tunc in Ecclesia. Quod debebam Lutherum nominasse, plane fallum est, nemo probavit, scio pro certo, quod in tribus annis vix semel nominavi Lutherum: *An putatis me non Lutheranum esse? Sum uique quæque*, ubi bene scripsit, scripsit certa opuscula, puta super præcepta, super orationem Dominicam, quæ omni charitate amplector, scripsit & quendam parvum libellum de præparatione ad venerabile Sacramentum, quo docet, quod quisquis Christianus debet cogitare, dum accedit: *Ecce in fide accedo, da Domine, ut remissionem peccatorum*, & gratiam tuam consequatur. Credo & scio, quod nunquam accedo ad altare, quin per hoc sum *memor Lutheri*, qui si mansisset in limitibus suis, puto in correptione Romanæ trusæ, certe fuisset *maximus Doctor totius Germaniæ & Alemanniæ* habitus & tentus, sed quia tetigit sanctum, & delit hoc canibus, projecitque margaritas ante porcos, in sua Babylonicæ captivitate, ideo passus est instantiam, & dissiaveo illi, quod hoc fecit.

Quid? Putat bonus ille *M. Joannes Stryk*, num quod non novimus nos. Novi illum dum adhuc pannosus erat ante multos dies & certos annos, proficiat illi nunc fortuna sua, sitque memor mei fautoris, cum vixit, bonæ memoriæ *Herbordi de Hude*, & sui benefactoris, oreque pro eò si vult, diligit pacem atque sanctimoniam, quod Evangelium præ-

prædicat, sine quo etiam nemo videbit DEUM, & dimittat me in viis meis, & bene habeat valeatque.

Personam vestram minime nosco, nec vidi nec audiui, quid igitur vobis est de meis sermonibus carpendum, nihil mihi de vestris, non tento vos non observo, nec sisto sub jurisdictione vestra, habeo majores, quibus obedio, si quid male locutus sum, judicent illi. Habemus in Evangelio mandatum de proximo, quod ad vos de me pertinet, idcirco si quenquam contra excitare volueritis, aut dispromovere (imo charitas proximi, cogit vos promovere) facite coram illis, quod nisi feceritis, dicam quod charitas CHRISTI, quæ in Evangelio præcipitur, non est in vobis. Etsi illa non fuerit, nihil est in vobis, nisi mors & perditio.

Scribitur prope calcem scedula vestræ *de praeursoribus Antichristi*, Ah DEUS! timeo me, num de illis quis ita perfectus, ut non in verbo cespitet, & forte potius loquitur contra CHRISTUM quam pro CHRISTO. Et dum hæc fecerit, nunquid potius tunc *Antichristus dicitur, quam CHRISTI nuncius?* Si vultis ista strictè servare proximum, jam, ut audio, sæpe contra proximum etiam locuti estis: Nunquid non Papa, Cardinales, ipsi Prælati, & quique majores, sive sint spirituales, vel seculares, sunt proximi vestri? Et illos confundere publicè de ambo- ne, quid est nisi proximum membrum confundere? Peccata, mala opera debemus corripere, *non ita publicè personas*, nec credo pœnam esse capitis in re ita levi agere, quod si sic agendum esset, tunc jam perdidissetis mille capita, si haberetis. Videmus ne pro dolor, periculofum statum mundi, malitiam, levitatem, pravitatem peccandi mundanorum hominum ex corrupta natura quæ prava est ad malum. Igitur sunt hi dirigendi ad bonam unionem, & ad charitatem fraternam, & ne quis modo dat eis occasionem peccandi, quod & Dominus prohibet sub pœnæ gehennæ stipendio, ut melius me scitis, ubi autem adhuc posthac de me non estis contentus de his articulis, subjicio me judicio doctorum *Bartoldi Mollers / Henrici Wendt /* & quorumcunque similium Lubecæ & Luneburgæ agentium, judicent illi, si non rectè sapio, possum leniter informari, & in viam rectam duci, Disputationes autem privatæ privatarum personarum, ferendæ non sunt, nec fieri debent. Ubi aliquando fieret publica disputatio doctorum, audiemus nos invicem. Est fama de vobis (quam ego ne dum credo) quod incitatis illos juvenes leves, mundanos homines, ad cantandum
Pfal-

Psalmos quosdam Davidicos translatos in vulgare, non tamen recte (ut dicitur) si ita est, nescio, desistite, prohibete, ne faciant propter salutem animæ vestræ, nihil boni efficiunt, nisi quod turbant divinum cultum. Non dubito vos ignorare tria prima præcepta Decalogi, quæ respectum habent ad DEUM. Respicit enim *primum* cor hominis, *secundum* os sive sermonem, *tertium* externum opus sive divinum cultum, de celebratione Sabbathi, hunc cultum turbant, hoc efficiunt. Talis modulatio Psalmorum ad vulgus commune cantandum non pertinet, sed ad orandum permittitur. Cantus horum pertinet ad clerum. Dum enim David hujusmodi carmina laudis ex instinctu spiritus sancti edidit, non commisit vulgo coji Judaico, ut *canoerent contra aras fœderis*, sed solum Levitis, ut ipsi scitis. Igitur nec Ecclesia probavit aut admisit. Et quicquid contra obedientiam Ecclesiæ est, si pro salute contra salutem est ipsi judicate, ubi nolueritis, *visitet DEUS cor vestrum*, ut faciatis. Et si illud est contra divinum præceptum de sanctitate prohibendum. In his paucis relatis, si erratum est verbo, syllaba aut litera, non imputabitur mihi, non enim vale bene scribere, nolite vindictam facere in me, cum venia dico, nihil nocui vobis. Bara 4. dicitur filii patienter sustinete iram, quæ superveniet vobis, persecutus enim est te inimicus tuus, cito videbis perditionem ipsius, ad Dominum pertinet vindicta.

Parcite ineptiis meis.

Adderem ad secundum articulum si liceret, quod Christianum mihi videtur, quamvis hoc non dixeram plane frater, quod CHRISTUS Dominus non solum lavit nos à peccatis in suo sanguine, quem pro nobis effudit in cruce vel unusquisque nostrum mysterio sacro sanctæ passionis illius in baptismo æque ablutus est, verum etiam quotidianis lit peccata mundi, lavatque nos à peccatis nostris in sanguine suo cum ejusmodi celebrata beatæ passionis ad altare memoria replicata cum panis & vini creatura in Sacramentum carnis & sanguinis ejus ineffabili Spiritus sanctificatione transfertur, sed hoc suo modo, &c. Hæc *Nicolaus Bustorpius* scripsit, quæ propterea ascriptimus, ut in eo cognoscatur Theologia Papistica.

Acceptis his literis, ablegarunt illi ipsi pastores suos eosdem *Sacellanos ad Nicolaum Bustorpium*, & petierunt præsentem cum illo amicum & coram conferre de toto religionis negotio, modo saltem locus

ab illo assignaretur, in quo convenire & amice colloqui possent: Assignatur igitur ab illo *templum Divae Mariae Magdalena*, ad quod evocabat eos petens, ut sequenti die hora 9. matutina dignarentur adeste: Sed cum illi comparerent, non est repertus ibi *Bustorpius*: Ideo semel atque iterum ablegati sunt ad illum praedicti Sacellani, donec eum domi reperirent, & ab illo locum commodum conveniendi extorquerent: Nihil enim illos aliud petere, quam amicum cum ipso colloquium de negotio religionis, & de articulis eidem nuper missis assererebant.

Ideo iterum significat Sacellanis se in majori Ecclesia ad Altare *S. Lucae* appariturum, ad colloquium cum ipsis habendum: Postquam nec tunc veniret, provocarunt & evocarunt ipsum ad publicam disputationem, respondit ille, sibi nihil esse negotii cum Concionatoribus Lutheranis: Ideo totum tandem negotium est ad Senatum devolutum hac ratione, quod *Nicolaus Bustorpius* contemneret mandatum Senatus. Interim dum Senatus esset negligentior talium rerum, facti sunt insolentiores Pontificii, & fortiter publicis concionibus maledicere nostris perrexerunt, tantisper, donec quidam ex Sacellanis ad *Sanctum Nicolaum*, in quadam matutina concione revocaret à Missa, & oblatione idololatræ ad audiendum verbum DEI populum his verbis: Was seydt ihr so fleissig darnach zu sehen / wie sich der eine Teuffel mit dem andern schleppet und zeucht / ihr sollt mehr Achtung geben auf Gottes Wort / nach dem alten Sprichwort: Wenn der Teuffel Gottes Wort predigte / und ein Engel Messe hielte / wäre noch mehr auff das Wort Achtung zu geben / als auff die Messe / &c.

Histunc verbis demum excitatur Senatus, & convocat Concionatores, & imprimis *Nicolaum Bustorpium*, deinde jubent quoque adesse omnes doctos, quotquot haberi poterant, ut D. Doctorem Theolog. *Bartoldum Mollerum*, D. D. *Henricum Wendium*, D. D. *Henricum Henningum Kissenbruggium* (qui successerat in professione Theologica D. D. *Alberto Krantio*) D. D. *Hermannum Langebeckium* U. J. Doctorem, D. D. *Johannem Mollerum* J. U. Doctorem, D. Doctorem, & *Guardianum* ad *S. Magdalenam*, cujus nomen ignoratur, Dominum *Foachimum Elerhoffium* (qui nostris favebat) Magistrum *Fredericum Hennigium* Pastorem ad *S. Petrum*, & *Foachimum Visbeckium*, pastorem ad *S. Catharinam*, qui discesserat à Parochia: Deinde tres Evangelicos pastores, *Stephanum Kempenum* pastorem *Catharinianum*, *Joannem Ze-*

genhagium, pastorem ad S. Nicolaum, & M. Joannem Fritzius, pastorem ad S. Jacobum, &c. Ibi exorsus Consul primarius dixit: Sicut ante aliquot septimanas allatae literae querelis de Nicolao Bustorpio, plenae Concionatorum Evangelicorum, ut vulgo vocantur: Jam ut controversia illa posset componi, ideo est hic conventus, & collectio facta. Ibi statim respondit *Nicolaus Bustorpius*, mihi nihil est negotium illis bonis viris: Ego hic per annos triginta concionatus sum, & honeste vixi: Et olim & nunc concionatus sum, CHRISTUM non pro voluntarie peccantibus, & pro eo qui voluntarie, tanquam laico, occideret aliquem, passum & mortuum esse: Id quidem mihi non fit verisimile.

Hic responderunt Concionatores Evangelici, de tua nunc, *Nicolae Bustorpi*, probitate jam non disputatur, sed de eo, quod tu publice asseruisti, Christum non esse passum pro peccatis mortalibus, verum pro his quemlibet satisfacere oportere suis meritis & operibus: Disputatur etiam de eo, an sit damnabile, Sacramentum altaris suscipere sub utraque specie, postquam tu illud simpliciter damnabile esse reputaveris. His tuis assertionibus nos opponimus verbum DEI dicentes. Talem tuam opinionem pugnare cum verbo DEI, & in divinis literis expresse damnari. Quod si placeat in clyto Senatu, & omnibus viris eximiis hinc praesentibus, hoc re ipsa demonstrabimus, & auditam nostram sententiam, audemus vestris judiciis submittere.

Nicolaus Bustorpius respondit: Cum non sim Doctor promotus & jam senex, ideo non possum disputare: Si vultis disputare, itate in Galliam & Parisiis disputate cum Doctoribus.

Concionatores dixerunt: Si tu es Canonicus & Concionator tanti temporis, & gloriaris pro concione de tua assertionem, & illam vis, ut dixisti tueri contra nos, cur allegas Luteciam? Sed haec effugia sunt: Tu hos tuos damnabiles errores hic palam asseruisti, ideo necesse erit etiam in hoc loco te illos tueri. Si non videas commodum, & periculum te esse disputationis, appella tuos socios Dominos Doctores, ut illi tuam vicem subeant.

Sic tandem surrexit Bustorpius, & adiit Doctores Theologos, & Jurisperitos, sic praefatus: Venerabiles Domini, oro V. Dig. ut me velint in suum patrocinium suscipere, & hanc meam sententiam, quae & vestra est, tueri, aut pro me intercedere.

Hi omnes petebant deliberationem, qua concessa, tractarunt illud negotium, & tandem post prolixam consultationem, sic exorditur Doctor *Bartholomaeus Mollerus*.

Cum nostrum suffragium petat *Nicolaus Bustorpius*, spectabiles, egregii, & providi Domini in hac inclita Hamburga, non potuimus ei denegare officium nostrum, & asserimus de ista prima opinione *Nicolai Bustorpii*, quod ego non dubitem hæc, non aliter à *Nicolao* prolata esse, quam ut magis populus retineretur in officio, & à peccatis retraheretur ad pietatem, ne subsequeretur securitas.

Bustorpius interloquitur, sic est, nec alia persuasione hæc sunt à me prolata, &c. Pergit *Doctör Mollerus*, & quod ad secundam sententiam attinet, notum est à Catholica Ecclesia universaliter prohibitum esse, ne aliter laicis, quam sub una specie detur Sacramentum Eucharistiæ, ideo ego ut obediens filius matris Ecclesiæ, non audeo aliter dicere, quam convenire laicis tantum speciem unam, si quis aliter sentiat, per me id ei licebit: Prævidit Ecclesia illa pericula, propter quæ calicis usum laicis ademit, alioqui fuere olim *Rostochii*, & in Ducatu *Megalburgico* aliquot calices, è quibus suxerunt sanguinem, sed tamen nec sic satis commode potuerunt administrare sanguinem, quin interdum aliquid adesset periculi, &c. *Doctör Henricus Wendsius*, dixit, hæc est quoque mea sententia cui ego acquiesco. *D. Guardianus ad sanctam Magdalenam*, ait Domine *Doctör Mollere*, multa immisces de calicibus, quæ tibi non erant injuncta, ut proferres.

D. Baroldus Mollerus respondet: Illa immiscui ad confirmandas rationes, cur olim subtractus sit calix Domini laicis. Interim & te forte talem declaras, quod velis deficere ab Ecclesia Catholica.

Dominus *Doctör Guardianus* ait: Illi Ecclesiæ me subjicio, ad quam me refert verbum DEI.

Dominus *Doctör Henningus Kissenbruggius* refert: Ego non aliter puto traditum esse primum articulum, atque est à Domino meo *Doctore Baroldo Mollero* relatum: Et sane quod ad secundum attinet, si erit Conciliis obtemperandum, profecto omnino necesse erit, ut retineatur una species.

Dominus *Doctör Hermannus Langebeckius*, inquit: Etsi non sit hæc tractatio de meo foro, & meæ facultatis, tamen rogatus dicam, quæ sentiam. Nihil certius quam CHRISTUM pro omnibus peccatis & mortuum & passum esse, atque satisfecisse pro nostris delictis: Interim mihi sit credibile *Bustorpium* non aliter locutum esse, quam ut tanto magis ad poenitentiam, & vitæ piæ exercitia excitaret homines: Quod ad secundum attinet, profecto credo in tanta Doctorum in Conciliis

cillis congregatione Spiritum sanctum adesse, & ipsorum actiones gubernare, ubi etiam refertur Ecclesia, cui semper CHRISTUS adest *Matthæi* decimo octavo: Cum igitur in Generalibus Conciliis, sit de una specie pro laicis retinenda conclusum, ideo censo ego tantisper retinendam hanc consuetudinem, donec aliud quid statatur in generali concilio, &c.

Evangelici Concionatores dicunt: Reverenter petimus & oramus, ut dignentur D. Doctores boni consulere, si liberius pro offrenda veritate differamus: Nam quod ad personas vestras attinet, cuperemus quidem vobis omnia felicia, & vellemus pro nostro posse V. D. libenter inservire, imo V. D. propter titulum & eruditionem, ac nomen celebre magnificimus: Interim vindicandæ veritatis causa cogimur, jam respondere, tum quoque ratione officii. Et quidem miramur te Reverende Domine *Doctor Bartolde Mollere*, ut virum famigerosum, doctum & celebrem, ista dicta, istius *Nicolaï Bostorpi* a pietatem referre, & in meliorem intelligere partem, cum sint & impia, & blasphemica quæ homines non ad pœnitentiam, sed ad desperationem, & extremum pavorem adigunt atque remittunt, quia pœnitentiæ spes, & consolatio ipsis eripitur, & amputatur, postquam CHRISTI meritum, & ejus pretiosæ mortis efficaciam talibus denegatur, cui alioqui se totum concedit miser peccator. Sic enim docuerunt Apostoli, pœnitentibus annunciari debere remissionem peccatorum per CHRISTUM, & in ejus nomine *Luca ultimo*, *Actuum 2. 4. 10. & 13. capitibus*. Ideo tales opiniones non possunt ad pietatem, sed ad extremam impietatem transferri. Et profecto impia vox fuit hic *ex Bostorpio* audita, quod pro latronibus, & voluntariè occidentibus in primis pro uno studiosè aliquem occidente, non satisfacisset Christus: Cum nos contrarium asseramus. Et si quis vel viginti latrociniis occidisset, tamen nos non dubitamus, si vera ducatur pœnitentia, & ad CHRISTUM confugiat, quin misericordiam & remissionem peccatorum consequatur, & deinde si fructus postea dignos pœnitentiæ faciat, salvetur. Interloquitur Dominus Consul: *Sic si semper doceretur, profecto tunc in vestram irem sententiam.*

Concionatores Evangelici respondent: Et sic docemus, & hoc est perspicua scripturæ sententia: Quod etiam seriò predicemus pœnitentiam cujus secunda pars est fides respiciens in mediatorem CHRISTUM, testantur nostræ conciones, & pii auditores, nec unquam ali-

aliter docuimus. Nunc ut procedamus, respondemus ad secundum sic: Nec Catholicam & CHRISTI Ecclesiam oppugnamus, & si dicamus utraque specie non minus laicos quam Presbyteros communicandos, quoniam magis extenditur Ecclesia, quam ut sit comprehensa in Concilio Constantiensi. Nam CHRISTUS est caput Ecclesiae, & firmitermentum & fundamentum, & Apostoli columnae Ecclesiae, ideo potius est, & erit CHRISTUS audiendus: Sunt & Apostoli citius audiendi, quam posterius quoddam concilium: Deinde post Apostolos sequuntur Martyres & Doctores Ecclesiae, qui in Ecclesia ante annos mille claruerunt, & nihil unquam de una specie laicis porrigenda seiverunt. Imo Irenaeus, Cyprianus, Augustinus, Beda, Bernhardus & nominatim etiam Thomas Aquinas, recordantur utriusque speciei laicis exhibitae, &c.

Cum igitur & CHRISTUS, & Apostoli, Martyres, & Patres pro nobis stent, ergo & vera Catholicaque Ecclesia à nostris quoque stat partibus, &c.

Doctor Mollerus dixit: Pie cognovit Ecclesia ibi esse vivum sanguinem, ubi est vivum & verum corpus; Quod absque sanguine non existit: Ideo sufficit una species: Quia quod Sacardotes utuntur utraque, fit ad majorem representationem Passionis Dominicae, & propter oblationem quae fit in Missa: Haec est mea sententia, quam retineo semper.

Concionatores respondent: Reverende Domine, Ecclesiae est mandatum, ut CHRISTUM audiat, Deut. 18. Matth. 17. Johan. 17. & verbum ejus veritas est. Cum igitur verba à patre accepta, etiam Apostolis communicaverit: Et expresse jam CHRISTUS dixerit, de utraque specie in tribus Evangelistis, & velit omnes bibere ex calice, profecto hic Ecclesia debet CHRISTUM audire: Et ne quisquam existimet ista CHRISTI verba non ad omnes Christianos pertinere, expresse inquit Paulus I Corinth. 11. probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, ne sibi iudicium edat & bibat, &c. Jam venerande Doctor expendat V. dignit. quid hic homo significet, num quid ne Presbyterum? Cum igitur sic interpretetur CHRISTI verba Paulus, & totam institutionem etiam universae Ecclesiae Corinthiorum commendaverit, dicat nobis D. Doctor, quomodo possit illa dici, & esse Ecclesia CHRISTI, quae talia verba CHRISTI, Apostolorum, & Spiritus sanctus, expressa in sacris literis contemnat, aut

negligat? Quod autem dicitis, non constare vivum corpus absque sanguine, est in naturali corpore verum, sed hęc res Sacramentalis supra naturam est: Deinde qui talia commenta somniant, volunt forte ipso CHRISTO sapientiores esse: Et utile esset, tempore CAUSI tales extitisse, ut hujus eum admonuissent, sed si forte quispiam hæc aut alia CHRISTO protulisset, profecto non aliud responsum retulisset, quam quod Petro CHRISTUS dedit Matth. 16. Vade post me retro Sathana, non sapis ea, quæ sunt DEI. Ufus enim Sacramenti & institutionis totaque actio ex verbo, & elementis constat: Ideo præsertim plerosque diligentius studere in sacris literis, quam poculis invigilare.

Doctor *Mollerus* ait: Ego ut obediens filius Ecclesiæ Catholicæ, profecto in priori mea sententia: Quoniam ab Ecclesiæ communionis, & doctrina non pariar me divelli.

Concionatores respondent: Nec quidem nos à vera, & Catholica Ecclesia CHRISTI, quæ est ejus sponsa, discedimus: Atque ut ita respondimus *D. Mollero*, ita quoque & ad tua *D. Hermann Langenbeckii* argumenta respondere conabimur. Inquis enim ex Spiritu sancti in finctu esse unam speciem in Conciliis prohibitam, & laicis detractam: Verum nos respondemus: Nihil esse certius quam usum, & institutionem utriusque speciei esse profectam ex Spiritu sancto, qui de his locutus est, expresse in sacris literis: Ideo si quoque de una specie præcepisset Spiritus sanctus esset sibi contrarius, & sacras literas evacuet: Sed hoc non potest fieri. CHRISTUS loquitur, ubi duo aut tres sunt in nomine meo congregati, ibi ero medius *Matth. 18.* Sed expandantur verba *in nomine meo*, hoc est, juxta mandatum & verbum Christi, &c. Probate Spiritus num quid ex DEO sint, ait Johannes: At hic spiritus de quo *D. Hermannus* inquit, non est ex DEO, sed refragatur verbo DEI. CHRISTUS ait Johannes 5. & 6. Quod venerit in nomine patris sui, hoc est, ut se ibi explicat, quod quæ ei pater in mandatis dederit perficiat & exequatur. Jam doceat quoque *Doctor Langenbeckius*, in quoque illi, qui fuerunt in *Concilio Constantiensi* congregati, fuerint collecti in nomine CHRISTI, hoc est, ut juxta institutionem, & mandatum CHRISTI omnia exequuti sint? Quod vero promittit Christus *Matthæi* ultimo, se permanfurum nobiscum usque ad consummationem seculi, &c. non potest ad illa concilia, quæ contra scripturam concluderunt torqueri, quia ibidem addit hæc verba CHRISTUS. Quocumque ego præcipio vobis, hæc tantum facite, &c. Item docete omnes gentes, quæ ego præcepi. Ideo

Ideo cum error *Nicolai Bustorpii* sit manifestè monstratus, oramus prudentissimum Senatum, ut is jubeatur sua confiteri errata, & revocare quæ contra scripturam protulit pro concione.

Doctor *Bartholdus Mollerus* interloquitur: Quicquid tandem proferatis, tamen magis est Ecclesiæ credendum quam vobis, & quæ *Nicolaus Bustorpius* dixit, eo zelo dicta sunt, ut ad timorem, & ad pœnitentiam homines excitaret.

Nicolaus Bustorpius ait: Ideo non sum male locutus, sed bene, si omnia rectè considerentur, cur igitur ego revocarem? Concionatores respondent, de Ecclesiâ diximus: Et quod ad te *Nicolae Bustorpi* attinet, est nunc torqueastua verba, extat tuum apud nos chyrographum, in quo te aliter declaras: Si Dominis placeat proferemus. Interloquitur unus ex consulibus. Non erit opus illud proferre, cum jam antea copiam istius viderimus: Interim tamen offertur *Doctoris Bartholdo Mollero* legendum.

Concionatores dicunt: Jam appellamus tuam *Doctor Mollere* conscientiam, cum sciamus te non adeo hebetem esse, ut dicas, an illa non sint impia? *D. Bartholdus Mollerus* post unam atque alteram lectionem chartæ, tandem respondit, juxta literam, ut hic habetur, est talis opinio hæreticum quid.

Concionatores respondent: Si est hæreticum, ergo revocet, *Bustorpius* ait: Nolo revocare, quia alia fuit mea opinio, & alia erat mea sententia. Est quisque interpret suorum verborum. Deinde nihil dubito, quin inclutus Senatus abunde cognoverit, qua ratione illa protulerim, ideo ego acquiesco meæ sententiæ.

Consul dixit: Cùm etiam & tui dicant te errasse, non pudeat te erroris (humanum est errare) ideo revoca simpliciter quæ imprudenter locutus es.

Nicolaus Bustorpius ait: Non sum quicquam mali locutus, Consul respondet: Audivisti quid hic tractatum est, ideo rotunde responde perita vel non, quid facere decreveris.

Hic Magister *Johannes Kloitius*, Secretarius Senatus ad se pertrahit *Bustorpium*, & clam ei ingerit persuadendo, ut revocet quò discrimen & periculum evitet.

Reversus *Bustorpius* fatetur se quidem ex mandato Senatus revocare, quanquam ignoret in qua re peccaverit, &c. Ipse tamen in extremo tandem senio, cum alibi ageret, & postea conversus, &c.

Tan-

Tandem istis finitis agebatur cum Sacellano ad S. Nicolaum, & cur tam impiè locutus fuisset de Missa, & de homine missificante (quem diabolis contulisset) quæritur?

Respondet ille: Et sic Judam & Petrum à CHRISTO appellatum, & missam esse rem diabolicam, quod se demonstraturum ex sacris literis indicat Sacellanus: Sed de consensu pastoris sui D. Johanna Zegenhagen dimittitur is Sacellanus vir alioqui doctus.

Et sic hoc colloquium habuit finem & dimissi sunt omnes.

ANno Domini 1527. est constitutus pastor ad S. Catharinam M. Stephanus Kempnus per legitimam vocationem templariorum, & aliquot Senatorum.

Interea licet non exiguam plagam accepissent Pontificum Nicolaus Buxtorpio; Tamen semper in concionibus suam doctrinam, & opinionem voluerunt defendere, & tueri, ideo coacti sunt Concionatores quosdam subornare, qui annotarent in singulis illorum Pontificiorum concionibus, quæ tum in personas Concinatorum, tum in doctrinam Evangelii profunderent: Illa ordine annotabatur.

Accidit autem ut præterito jam anno 1527. inciperent initium anni à nato CHRISTO 1528. protervis convitiis & insolentia quadam, ideo eò res deducitur, ut quidam Monachus Henricus Rensbergius in Monasterio S. Johannis, aperte die Jovis ante Pascha explicaret textum de duobus discipulis euntibus in Emahus, & inde astrueret institutionem super unam speciem pro laicis, addens damnabile & impium esse, si quis laicorum sumeret Sacramentum altaris sub utraque specie. Has impias voces die Veneris, quando pars passionis Dominicæ tractabatur, refutavit publicè in æde Cathariniana, propter infirmos tali offendiculo læsos, M. Stephanus Kempnus.

Interim cum hæc cognosceret Monachus Henricus Rensbergius, dixit palam pro concione: Ego nolo cum istis Lutheranis hic disputare, sed si mecum abierint Lutetiam, Lovanium vel Coloniam: In scriptis quidem hic agere cum ipsis possum, sed in prædictis Academiis poterit contra illos verbis agere.

Postea missis literis per aliquot cives rogavit obnixè eum M. Stephanus Kempnus ut se declararet, & si fieri posset secum de ista sua doctrina conferret, Confessus est coram civibus se quidem ita docuisse

sed literas nullas velle suscipere. Rogant igitur cives, si non personali-
liter, ut saltem in scriptis cum *Domino Stephano* ageret. Is respondit se
nihil horum facturum esse. Ideo diebus Paschalibus, cum illud Evan-
gelium de fractione panis die Lunæ in festo Paschali vel feria 2. Pascha-
tis explicarent Evangelici concionatores, diligenter quidem refuta-
runt hujus Monachi *Henricus Rensbergii* (præcipue Dominus *Stephanus*
Kempenus, qui nominavit Monachum) impias assertiones, & declara-
bant textum *Luca*, quomodo rectè intelligendus esset.

Interea *Rensbergio* interdicitur à Senatu concio, donec probavisset
sufficienter illa, quæ pro concione asseruerat.

Interea cum cives viderent varia meditari Pontificios, & quoque
plerosque Politicos, Jureconsultos, & in Senatu quosdam hoc unum
agere, ut opprimeretur veritas, tum etiam considerarent illam diver-
sitate, & diffentionem inter concionatores, ideo se aliqui college-
runt ad ædem *Divi Johannis* die Jovis ante Dominicam Misericordias
Domini, & concluderunt de quibusdam mittendis ad Senatum, ut illi
retinerentur in urbe Concionatores, qui palam veritatem tuerentur
& defenderent: Alii vero qui à veritate declinarent, ejicerentur.
Octo igitur missi à civibus dubium acceperunt responsum, donec tan-
dem iterum convenirent in Dominica Misericordias Domini anno à
nato CHRISTO 1528. & in eandem sententiam concluderent, ut antea:
Itaque postridie, hoc est, die Lunæ sequenti collecti sunt omnes cives
per totam urbem, & deliberarunt de exorando Senatu, ut propter
concordiam retinendam, & propter unitatem pacemque tam domi, &
in plateis quam in templis & Ecclesiis, stabiliendam utile esse, & sibi in-
primis necessarium videri, ut uniformis ceremoniarum usus ac forma,
& eadem doctrina ubique in omnibus templis absque diffidiis propagari
posset: Itaque petere omnes incolas urbis Hamburgensis reverenter,
& officiose, ut ex convocatis Concionatoribus inprimis eliciant *vera*
pars scripturae sacrae, & verbo DEI, tantum in sua doctrina *magis acquiescat*
sive sint Pontificii, sive Lutherani, ut deinde qui propius ad verbum
DEI, & doctrinam Evangelii scriptam accedant, retineantur, & alii qui
longius à vera doctrina Prophetarum, Evangelistarum & Apostolo-
rum discedant, ab officio amoveantur & petulantiores urbe pellantur.

Cum ipsorum petitionem & amplissimam promissionem, quo-
modo cuperent in omnibus aliis Senatui sese subjicere, modo inte-
gram & salvam haberent retinerentque doctrinam veritatis, offerent

Consulibus & Senatoribus jubent isti eos altero die circa horam legitimam matutinam redire: Se curaturos, ut possent omnes Concionatores convocari ad statutum tempus: Die Martis post Misericordias Domini, hora statuta redeunt, & ad curiam eodem tempore vocati erant utriusque partis Concionatores.

Tunc comparuerunt ex Pontificiis hi omnes personaliter *D. Bartoldus Mollerus, D. Henricus Wendtius, Henricus Reusbergius, M. Fridericus Henninges, M. Henricus Schrader, Fabianus Lubekanus, M. Mathias unter der Kluffe, & Jodocus Siffridus, pastor ad S. Spiritum, &c.*

Ab altera parte comparuerunt *M. Stephanus Kempennus, pastor ad S. Catharinam, Johannes Zegenbadius, M. Johannes Fritzius, & Conradus Lunssemann, qui ad Mariam Magdalenam concionabatur.* Hi quatuor Evangelici Concionatores, jam antea obtulerant Senatui, quid in singulorum concionibus reprehensione dignum observatum esset, & quod cum scriptura sacra & verbo DEI pugnaret.

Exorsus hic Consul dixit amplissimis verbis de studio Senatui, & de periculo & turbis, quae quotidie ex diffidiis doctorum oriantur dissevit. Itaque ut eis pramaturè occurrerent, hunc esse diem deputatum (ait) ut omnia componerentur. Asserere autem (pergit) novos concionatores (qui se Evangelicos vocant) & quaedam in scriptis obtulisse, unde constaret, quod contra nostros articulos in mandato singulis propositos & ubique affixos, peccassent Catholici doctores, aliquid tradentes & docentes ex suggestu, quod esset verbo DEI contrarium. Itaque illa ordine prout à singulis dicta & tradita sunt in concionibus, debent hic recitari, ne cui injuria fiat, & deinde illorum responsio audiri.

Legit Secretarius ordine singulorum opiniones publicè ab istis in suggestu ad plebem dictas.

Dominus Doctor Bartoldus Mollerus, hac protulit pro concione contraria sacris literis.

Communio sub una specie est vera & legitima.

Canon Missae potest secundum scripturam explicari.

Salutatio Angelica non tam salutatio est, sed etiam oratio à nobis ita usurpanda.

D. Doctor Henricus Wendtius has opinionis suas scripturè contrarias in concione protulit.

De Trinitate nihil est in Evangelio expressum & scriptum, &c. *Ma-*
men aeterna Trinitas creditur.

Maria est nostra spes, vita & salus, quæ contrivit caput serpentis,
In Cathedra Moysis sedere, significat confessionem audire.
Hic Doctor denegat iis absolutionem, qui nolunt sub una specie
communicare.

*Henricus Krensberg protulit has opiniones scri-
pturae contrarias.*

Ex textu Lucae 24. quando ex fractione panis agnoscerent disci-
puli CHRISTUM, eruitur institutio unius speciei pro laicis, ideo
peccatum est sumere utramque speciem, quia sanguis CHRISTI
non convenit laicis.

Ex scriptura potest probari invocatio hominum sanctorum, & in
CHRISTO dormientium.

Novi Concionatores laicorum os, manus & sanguinem acuunt
contra Ecclesiasticos, & spirituales, &c.

M. Henricus Schroderus hæc contra veritatem dixit.

DEUM adorare in spiritu & veritate, nihil est aliud, quam in tem-
plo, ubi est DEUS, &c.

*M. Fredericus Henninges (qui postea conversus, factus est
Superattendens Luneburgensis) hæc contra verita-
tem in concionibus protulit.*

Non est utile Christianis laicis cognoscere Evangelium, & scri-
pturam propter periculum scandali, ne seducantur, & in erro-
rem cadant.

Episcopus potest quidem habere vel ducere uxorem, sed tunc cum
ea non potest in Episcopali officio existere.

Etiã Paulus videatur i Timoth. 3. dicere de uxore Episcopi, hoc
potius intelligendum erit de spiritali conjugē & liberis.

Apostoli post acceptum Spiritum sanctum deseruerunt uxores & libe-
ros, aut si non deseruerunt plane, tamen cum eis non habuerunt rem.

Etiã Paulus scripserit de Episcopi uxore, tamen cum hoc aliis Apo-
stolis non sit scriptum, merito hic dubitatur, quia priores Epistola ni-
hil de ea re tractavere: Paulus enim aliis tempore inferior fuit.

Sancti Patres propter castitatem retinendam sanguinem effuderunt.

*M. Matthæus unter der Klufft | hæc contra scripturam
protulit.*

Sacramentum Eucharistiæ est oblatio pro peccatis tam mortuorum
quam vivorum. Eff fff 2 Fi

Fidelium animæ post hanc vitam igne examinantur in purgatione, sed inde Missis & Vigiliis liberantur. Item, ut invocatio sanctorum potest ex scripturis probari, ita contra Energiam scripturæ est vis Sacramento Eucharistiæ sub utraque specie laicum.

Fabianus Lubecensis hæc protulit contra verbum DEI.

Institutio unius speciei pro laicis reperitur *Luca* ultimo. Nisi aliquid addendum esset scripturæ, à nobis non posset intelligi. Ut verbi gratia, quis posset intelligere vocem fermentum, in sermone CHRISTI: *Cavete vobis à fermento Pharisæorum*; Item *deponite vobis fermentum*, &c. Hic nisi additio accedat, non potest scriptura intelligi.

Nemo salvatur, nisi per impletionem legis, &c.

Hæc sunt dicta quæ novi Concionatores, qui se Evangelicos vocant reprehendunt in Catholicis.

Consul quærit à Catholicis, qui ad hæc respondeant? *D. D. Beroldus Mollerus*, petit sibi & suis concedi deliberationem.

Post deliberationem respondit *Mollerus Doctor*, Egregii Domini, fatentur quidem plurima ex parte, quod hæc axiomata in concionibus suis protulerint, sed non tamen iis verbis & forma ideo petunt libertatem in scriptis communicari, & deinde nobis concedi, ut postea quæ à nobis dicta sunt, & quomodo illa sunt prolata conscribamus. Quæ deinceps capitibus Ecclesiæ & V. P. celebres Domini Senatores subiciemus judicanda. Nam cuiusvis iudicio nos non sumus subjecti.

Mox *Jodocus Siffridus pastor ad S. Spiritum* dixit: Præstantes Domini Consules & Senatores. Ego nihil docui de quo mihi confiteri, quod impium posset esse: Evangelia Dominicalia ordine explicui pro mea simplicitate, & non puto me quicquam, quod posset esse vel nocivum, vel impium docuisse. Interim si quis sit, qui in me habeat aliquid reprehendendum, libenter eum audiam, & illud amice suscipiam.

Consul hic interloquitur, Domine *Doctor Wendt*, quid vos ad hæc dicitis?

Doctor Wendt respondet: Pleraque eorum à me dicta sunt sed non ita: Nec ego quempiam à Confessione rejecti, nisi quod unus quispiam veniret dicens: Ego CHRISTO confessus sum delicta, ad quæ respondi, ergo te quoque CHRISTUS absolvat.

Rensbergius fatetur se ita de Sacramento Eucharistiæ, & de sanctis docuisse, sed posteriorem negavit propositionem. A. F.

M. Fredericus fatebatur se ita docuisse.

M. Schroderus majori ex parte negabat omnia.

M. Matthaus hæc fatetur se tradidisse.

Fabianus dixit se non dixisse ex Luca quicquam de una specie, sed tantum, se disputasse de eo loco ex quorundam doctorum opinione, secundam quoque opinionem negavit, nisi quod asseruisset *Pauli* Epistolæ esse difficiles intellectu: Tertiam assertionem sic quoque invertit. Qui ad annos discretionis pervenit, obligatur ad observationem mandatorum, si velit salvari, &c.

Doctor *Bartoldus Mollerus* agre ferens ipsorum levitatem, & facie commotatus dixit ad suos. Quis bonorum cum talibus inconstantibus, & versipellis hominibus negotium haberet? Mihi dedistis in mandato, respondendi potestatem vestrum omnium nomine, jam ipsi respondetis & me confunditis: Ideo adjuro vestram conscientiam per DEUM, ut libere dicatis, an non commune omnium vestrum fuerit suffragium, de tali responso dando? Fassi quidem sunt alii, sed interim paululum tacentibus omnibus, dixit quidem ex Consulibus, Ego pro mea persona non rejicio consilium D. Doctoris *Bartoldi Molleri*, quia æquum est, ut Catholicis tradantur axomata, quorum accusantur ab altera parte, ut post longam deliberationem de ipsis conferant, & ea quæ à se putent dicta esse, conscribant, & Senatui tradant, ut is aliorum, hoc est, doctiorum judicia super his rebus expetat. Nam quis hic poterit judex esse: Res excedit meum ingenium & intellectum: Sic credo & alios in Senatu sentire, &c.

Hæc responsio Pontificiis plurimum placuit, sed hic cives per suum oratorem sic responderunt: Celebres & prudentes Domini, & nos essemus facile contenti vestro consilio, nisi jam alii Concionatores excepto *Doctore Mollero*, ultro confessi essent quid, quæ & qualia docuerint, quid igitur opus erit longiori deliberatione? Ideo petimus, ut utraque pars audiatur.: Nam ex illa collatione, auxiliante Christo, potest demum aliqua ex parte cognosci, utra longius à scriptura & verbo DEI aberret: Deinde expendat V. P. si jam rebus non confectis, & toto negotio incomposito discederemus, majorem suborituram altercationem inter Concionatores utriusque partis, & subsequituram distractionem inter cives, & turbam & tumultum in posterum metuendum esse. Ideo censemus utile & necessarium esse, ut de Propositionibus jam palam à Catholicis, concessis & permissis agatur ab

utraque parte, petimusque reverenter, ut nostris in ea re votis annuat Inclutus Senatus. Quod ad judicem attinet, nec vestra Prudentissima nec nos possumus in talibus controversiis judices esse: Sed judicet verbum DEI, & petatur ex sacris literis de toto negotio iudicium.

Consul hic alloquitur Concionatores Evangelii dicens, quem vultis eligitis judicem, & quis hic poterit esse iudex? Concionatores responderunt, verbum DEI erit regula & norma iudicii, ut in omnibus controversiis dijudicandis & erroribus refutandis. Jam V. P. in Propositis articulis utrique parti, & aperte per civitatem passim acrius mandavit, ut omnes in primis studerent, quo verbum DEI siceret, & pure docerent, &c. Jam nos juxta istum articulum pure, siceret, & absque additione docuimus verbum DEI, & quosvis hic appellamus si qui sint, qui possint de nobis contrarium ostendere, nos id feremus: Verum jam certum est nostros adversarios egisse contra istum articulum, ut ex aperta divini eloquii scriptura commonstrari poterit coram vobis Senatu & civibus. Extat novum & vetus testamentum, ex istis petatur de omnibus articulis, & propositionibus adversariorum perspicuum iudicium.

Consul jubet utramque partem discedere, ut ex communi deliberatione aliquid postea proponatur: Postea revocatis utriusque partis concionatoribus dixit Consul: *Et Senatui Tribuniisque potestati ac civibus hoc placere, ut quod magis consonum sit verbo DEI retineatur: Mandare igitur, ut cui parti incumbat primum dicere, illa incipiat.*

Doctor Bartoldus Mollerus sic incepit: Quicquid in Concilio ordinavit Ecclesia quæ est firmamentum, & columna veritatis esse Paulus id observandum: At illa in Concilio Constantiensi explicans scripturas voluit certis de causis, ut laicis una species porrigeretur, ergo id ita faciendum.

Deinde in vivo corpore semper est sanguis, ergo quia non mortuum sed vivum sumimus corpus CHRISTI, est quoque ibi sanguis &c. Ergo in hac sententia permaneo: Alii eligant quod ipsis placet.

Concionatores Evangelici respondent: Ecclesia est *teste Paulus* columna, & firmamentum veritatis, at veritas est comprehensa in verbo DEI, imo ipsa est veritas, Johan. 17. & ipse CHRISTUS cum sit veritas, & testetur de veritate, Johan. 14. & 19. ergo necesse est, non aliter firmamentum, & columnam veritatis esse Ecclesiam, quam ut

conservatricem verbi DEI, id est, Evangelii & sacrarum literarum, tum quoque quæ testetur de suo sponso CHRISTO, ipsa cum sua doctrina, existente veritate. Deinde sponsa & uxor est viro subjecta, &c. Ideo vera Ecclesia, quæ & veritati alligata, & CHRISTO subjecta, contra mandatum CHRISTI nihil facit. Sed jam non disputamus de Ecclesia, sed de utraque specie Eucharistiæ, imo potius de eo an vos (qui nomen Catholici, vobis usurpatis) hic ex mandato DEI usurpaveritis ea, quæ hæctenus docuistis & tradidistis.

Multa sunt hæctenus sub nomine Ecclesiæ palliata, & sub prætextu Spiritus sancti, quælibet sunt miseris obrusa, licet nihil horum extaret in sacris literis. Si vero Spiritus sanctus testatur de CHRISTO. Ergo CHRISTO & ejus institutioni non potest esse contrarius. Ideo qui ex DEO est, verbum DEI audit, Joh. 8. Quare illa non potest esse vera Ecclesia, quæ sibi quotidie aliquid novi fingit, sed quæ est observatrix mandatorum sui sponsi CHRISTI.

D. *Bartoldus Mollerus* dicit: Ego ero membrum Catholice Ecclesiæ, nec ab ea me amoveri patiar.

Concionatores Evangelici respondent: Nec nos patiemur nos à vera & Catholica Ecclesia dimoveri. Verum nos aliam facimus Ecclesiam, eamque ex verbo DEI, quam Romanam, sed de toto negotio hic copiesè nuper in causa *Nicolai Bustorpii* est actum coram Senatu. Nos fatemur unum esse ovile & unum pastorem *Johannis 10.* ideo non nisi unam veram & certam Ecclesiam esse. Sed ipse ait: Oves meæ vocem meam audiunt, & agnoscor ab eis, & aliorum voces nec audiunt, nec ipsos sequuntur. Si igitur in numero harum ovium estis, si estis in vero ovili CHRISTI, ostendite quæso & proferte vocem pastoris CHRISTI, aut profecto non pertinetis ad ovile CHRISTI, sed potius ad Sathanæ congregationem, nisi convertamini.

Hic tacuit gravis alioqui vir D. D. *Bartoldus Mollerus*, ideo conversi ad D. D. *Henricum Wendinum*, ajunt profecto male fecistis, quod illum virum petentem absolutionem, tam jocosè dimiseritis, postquam duceretur vera pœnitentia crederetque in CHRISTUM, dicens, se CHRISTO sua vitia confessum esse. Pœnitentibus & Evangelio credentibus ignoscit DEUS per CHRISTUM: Ideo iste vir non debebat rejici. Nam etsi nihil tibi confiteretur, sed diceret se CHRISTO confessum esse, debuisses ei absolutionem in nomine CHRISTI adhibere. Quando enim vobis homines consentitur, quid aliud est, quam
Chri-

CHRISTO? Quando nos Sacramenta administramus, quid aliud est, quam Christum administrare, & nos vice CHRISTI fungi? Quis est, quando nos in nomine Christi absolvimus, quam quod hoc ipse Christus faciat? Pluris ne tu facis confessionem peccati, quæ tibi fit, quam eam quæ Christo fit?

D.D. *Henricus Wendtius* dixit: Si confessus fuisset absolvissem eum, & neminem à Sacramento abjeci nisi, illum quem, postquam non confessum esse.

Concionatores ajunt: Nihil aliud habes quod proferas? D.D. *Wendtius* respondet nihil.

Concionatores replicant: Negas igitur alios articulos, & animata tibi prælecta, & ex tuo ore in concione excerpta?

D.D. *Wendtius* ait: Nego, nam ita non sunt à me prolata.

Concionatores respondent: Etsi sciamus talia à te dicta & tractata esse, tamen cum neges, acquiescimus tuæ negationi.

Quare ad te *Rensbergi* tendimus petentes, ut tu de tua doctrina cum sacris literis pugnante, rationem reddas.

Rensbergius incepit latine loqui.

Concionatores dicunt: Loquere Germanice, ut omnes intelligant, idem petunt omnes cives.

Interloquitur Consul *Henricus Salsburgius*, (qui erat vir doctus & jureconsultus D. J. U. & Eques Auratus) dicens optatissimi cives sinte & permittite eum loqui latine.

Cives respondent: Spectatissimè Consul qua de causa?

Consul respondet: Quia non fuit hætenus usitatum in Ecclesia disputare Germanicè coram laicis de articulis Christianæ fidei, quod est etiam in jure prohibitum.

Johannes Zegenbadius occurrit Consuli dicens: Forsan jus *Canonice* cum, sed esto sit etiam *jus civile*, pluris est nobis *Paulus* quam *Justinianus* & *Bartoldus*. *Paulus* jubet in congregatione communi lingua *vernacula* esse, ut ceteri intelligant, 1 Corinth. 14. Verum hoc pacto te Consul declaras, quod à Pontificiorum partibus stes. Obsecramus igitur, ut istis te quoque adjungas, & cum ipsis contra nos dispartes.

Hic tacuit Consul *Salsburgius*, vir alioqui gravis & celebris.

Concionatores dixere: Ne tamen hos habeamur quasi barbari indocti, placet equidem nobis, ut is sua latinis proferat verbis.

Rensbergius igitur exoritur sic: Justum & æquum est obedire Ecclesiæ, quia scriptum est in Evangelio Matth. 18. Qui non audit Ecclesiam, sit tibi Ethnicus, &c. Jam Ecclesia ordinavit unam institutionem, ergo merito huic in rebus talibus acquiescimus: Vos autem hoc non facitis, ergo merito inde colligitur, quid de talibus sit sentiendum.

Deinde notum est ex *Rom. cap. 13.* quod sit obediendum Potestati superiori, quia illa est ordinatio DEI, jam supremum caput in Germania Cæsar mandavit nostro Senatui & nobis omnibus. Ne quicquam ex nova doctrina reciperemus in Ecclesiis nostras, ne quoque mutetur ritus administrandi Sacramenta, vel ut mutaremus ceremonias illas, ne quoque omitteremus veterem canendi, celebrandi & officii in Ecclesia consuetudinem.

Sic satis dixi, quia nobis prohibitum est, disputare cum hæreticis: Vos ab Ecclesia discedentes & magistratui supremo immorigeri facti, merito sic potestis nominari, ideo nolo vobiscum disputare.

Repetitur latine Argumentum primum à *Magistro Johanne Fritziō*, & explicatur coram civibus Germanicè per *Stephanum Kempenum*, deinde datur responsum latinè quod postea Germanicè explicuit coram civibus *Kempenus*: Vos semper profertis Ecclesiam, jam antea in responso dato *D. Mollero* diximus Ecclesiam esse alligatam verbo DEI, & ex veritate illam agnoscere. Locus *Matthai 18.* non huc pertinet, sed refert de pertinacibus & perseverantibus in delictis. Jam ex te quaerimus an simpliciter Ecclesia aliquid possit, citra & extra CHRISTUM, & contra CHRISTI mandatum statuere? Hoc si possit, non esset Christi sponsa nec ei, ut uxor viro subiecta veluti dicit Paulus *Ephel. 5.* Nos sumus obedientes veræ Ecclesiæ, quæ nobis CHRISTUM ostendit. Ad secundum, quando & hoc repetitum esset, sic respondent: In omnibus rebus licitis & mundanis, fatemur justam & debitam nos debere obedientiam Cæsari & magistratui, sed Paulus addit in eo loco: Esse ipsum ordinationem DEI, & ministrum DEI, ergo DEO non possunt præferri potestates, sed subsunt DEO, ideo DEO magis quam hominibus est obediendum, *Actor. 4. & 5.* Item, CHRISTUS ipse ait: Date DEO quæ sunt DEI, & Cæsari, quæ sunt Cæsaris. Tu vis hoc Cæsari ascribere, ut ministro DEI, quæ sunt DEI solius, & DEO ascribenda tantum sunt.

Ad tertium argumentum, postquam & illud retractassent, sic ajunt: Si est in jure prohibitum cum hæreticis disputare, ergo nos

merito non disputaremus vobiscum. Nam illi proprie hæretici sunt, qui discedunt à CHRISTI doctrina, & à verbo DEI. Quomodo enim illi possent esse vel dici hæretici, qui in verbis CHRISTI (sua fundam, qui perspicua & aperta nituntur scriptura?

Cùm ad hæc taceret *Rensbergius*, dixerunt Concionatores Latini: Tu quoque gloriatus es te posse ex verbo DEI, & scriptis divinis probare invocationem sanctorum, quod petimus nunc à te fieri.

Rensbergius, de ea re de liberabo mecum adhuc.

Concionatores respondent: Nuper pro concione gloriabundus dixisti te demonstraturum esse, nunc negotium in deliberationem sumis. Hinc inter omnes factus est risus.

Concionatores cœperunt *Fabianum* alloqui sic: Excusationem tuam diligenter suscipimus, interim certum est dixisse pleraque eorum te pro concione. Recte autem dictum est nos omnes obstrictos esse ad observationem mandatorum, sed debuisses addere: Nos in Canibus habere satisfactionem, & impletionem legis, Matth. 7. & Rom. 10. & propter transgressionem, & delicta esse maledictioni legis subiectos, verum nos ex gratia habere remissionem, & liberationem à poenis per CHRISTUM.

Fabianus ait: Peccata etiam per pœnitentiam remittuntur, Ezechielis 18. Luc. 13.

Concionatores respondent: Hæ sententiæ tradunt agendam esse pœnitentiam, quod & nos fatemur: Nam remissio peccatorum non potest nisi pœnitentibus contingere, sed per & propter Christum.

Fabianus replicat, Hieremiæ 31. habetur: Si tu me convertas, tunc convertar, &c. ergo pœnitentia opus est.

Concionatores respondent: Illud dictum nostræ sententiæ conducit & suffragatur, quia & nos docemus pœnitentiam ex DEO esse, & quidem rectè ait Paulus: Nihil ex nobis, nihil ex operibus, DEI donum est, ne quis gloriatur, Ephes. 2.

Tacente *Fabiano*, cœperunt alloqui Magistrum *Fredericum Huningum* (qui postea conversus, factus est Superattendens Lüneburgensis) *M. Frederice*, quasumus & obsecramus te, ut digneris tuam quoque assertionem ex verbo DEI commonstrare.

M. Fredericus respondet: Illa habentur in Epistolis Pauli.

Concionatores replicant: Non est sic, quia Paulus non loquitur de Spirituali & mystica uxore, sed de carnali & gignente liberos.

M. Fredericus ait: Oportet nos mysticum sensum cognoscere & expendere, aliqui doctores interpretantur illum locum de Ecclesia.

Concionatores respondent, aliqui etiam illum locum explicant, de vera & legitima uxore & liberis: Et hic est textus tam perspicuus, tam clarus, ut tuis nugis & mystico sensu obscurari non possit, & legatur textus.

Mox omisso *Frederico* qui tacuit, adeunt *Matthaeum* unter der Klufft petentes commonstrationem suae assertionis, respondet ille simpliciter, Ecclesia sic sentit, sic docet, ideo ego maneo in mea sententia.

Concionatores replicant: Non est vera Ecclesia, quae à suo capite CHRISTO, & à verbo DEI discedit, & illa doctrina non potest esse in Ecclesia certa & vera, quae non habet fundamentum in verbo Dei.

Ipsa quoque tacente adeunt *M. Henricum Schroderum*: Nos quidem miramur te illa negare, quae tuo tamen ex ore sunt excepta & audita: Sed nos sumus tecum contenti, & oramus tuam pietatem, ut consideratis singulis velis nostrae sententiae accedere.

Cum igitur ita cum omnibus egissent Concionatores Evangelii, factum est silentium. Hic insisterunt vehementer cives, ut postquam Pontificii non observassent mandatum Senatus, imo contra verbum DEI egissent, etiam juxta formam mandati Senatus punirentur. Nam si Evangelici Concionatores fuissent convicti, profecto aut igni aut aqua eos punivissetis (ajunt) tandem intercedente *Stephano Kempeno* eorum res est transacta, ut cives negotium ad Senatum, ita devolverent, ut ejectionis quinque Pontificiis, qui occasionem tumultui dederant, reliqui manerent: Sic ejectionis sunt, nempe *Rensborgius*, *Nicolaus Bustorpius*, *Visbeckius*, *Matthaeus* unter der Klufft & quidam Sacrificulus dictus *Fassbender*: Ajunt deinceps: Possent quidem *Doctori Mollero*, & *Fabiano* concedi, ut docerent: Interim ipsos petere, ut *Doctor Wendius*, *M. Fredericus Henningius*, & *M. Henricus Schroderus* revocarent suos errores. Sic egit Senatus, & habuit istius diei colloquium suum finem.

Sed statim ex urbe discessit *Doctor Bartoldus Mollerus* Rostochium, ubi mortuus est anno 1530. item quoque discesserunt *M. Fredericus Henningius*, & *M. Henricus Schroderus*: *Fabianus longius*, & diutius reliquis hic mansit, nisi quod nollet revocare, ideo mansit usque ad festum Pentecostes, & circa illud discessit quoque ex urbe.

Hoc tempore vocatur in pastorem Petri, vir pius disertus & doctus, *Johannes Boldewan*.

Vocatur etiam hoc anno *Johannes Bugenhagenus*, Pomeranus Doctor

ctor ex Witeberga, ut constitueret ordinationem Ecclesiasticam, & ad disponenda ministeria & Scholas. Conscriptit ordinationem Ecclesiasticam ibidem D. *Bugenbagius*.

Anno 1529. sunt Monachi male viventes ex Monasteriis ad S. Joannem, & ad D. Mariam Magdalenam turbati ea lege, ut quidam annuum haberent stipendium videlicet 10. florenos, aut ut victum haberent diebus vitæ suæ. In Cœnobio Johannitarum est Schola civium ordinata, & duo Magistri sunt missi ex Witeberga à Doctore *Bugenbagio*, *M. Theophilus Hollandus*, in linguis valde exercitatus, & *M. Martinus Delius*, qui & Rectoris & Conrectoris vices subibant.

Anno Domini 1529. postquam propter valetudinem non potuit Ecclesiæ præesse *Johannes Boldewannus*, vocatur in ejus locum Dominus *M. Johannes Epinus*.

Anno Domini 1531. moritur *Joannes Zegenbagius*, pastor ad S. Nicolaum relictis pupillis ex quibus in egregie doctum virum evasit filius, *M. David Zegenbagius*, qui postquam Bremæ & Brunsvigæ Scholæ præfuisse, moritur in ministerio Brunsvigæ anno 1561. pedit, vir florens ætate, qui quoque Brema ejectus erat à Sacramentariis, cum aliis propter constantem confessionem, anno Dni 1561. *Johanni Zegenbagio* succedit *M. Joachimus Franckius*, vir excellenter doctus.

Anno 1532. pridie Pentecostes eligitur unanimi consensu, tum electus quam ministerii in Superattendentem, & ordinarium Professorum in summo templo, & postea sumptibus Senatus promovetur in Doctorem D. *Johannes Epinus*.

Jam ordine recensebimus ibidem pastores, & Sacellanos in ea Ecclesia. *Stephanus Kempenus* præfuit Ecclesiæ Christi in æde Cathariniana, usque ad annum 40. quo moritur in CHRISTO, & habet successorem doctissimum & clarissimum virum, civis filium, *M. Joannem Westphalum*, quo exaltato in Superattendentem anno Dni 1577. succedit ei *M. Georgius Stamcken*, Brunsvicensis, vir eloquens & doctus: Sub his Sacellani fuere ordine hi omnes, *Matthias Krogerus*, qui propter valetudinem officium deseruit, *Mauritius Gupelmannus*, qui de relicto ministerio Ecclesiastico privata negotia exercuit: Postea quidam *Arnoldus N.* & quidam *Michael* contententes invicem dimittuntur: Vocantur autem *Hermannus Bissfeldt*, & *Johannes Guffro*, & *Gustrovio* anno 1539. mortuo succedit *Sebastianus Fridachius*, & *Hermannus Bissfeldio* mortuo anno 1547. succedit *Georgius Tappius*, & anno quoque anno 1548. accedit tertius collega vir doctus & eximius *Conradus*

aus Gerlacus. Post demortuum *Fridachium*, vocatur *Johannes Magdeburgicus*, *Georgio* autem *Tappio*, & *Johanne Magdeburgico* peste demortuis anno 1565. succedunt, & *Conrado Gerlaco* accedunt *Christianus Griphius*, & *Christianus Norendorphius*, qui tres ibi adhuc in ministerio agunt sub *Westphalo* pastore.

Johanni Zegenhagio Diaconi fuere *Jacobus Laurentius*, & *Nicolaus Nambaw* / qui etiam sub *M. Joachimo Franckeno* viro eleganter docto perstiterunt, in eo ministerio usque ad mortem; *Jacobo* mortuo anno 1550. & *Nicolao* anno 1546. succedunt *Joachimus Rufenbiter* / qui postea abiit in Ducatum Megapolensem, & *Johannes Davenriensis*, qui proficiscatur ad terram Hadelensem, & in utriusque locum venit *Alexander Meppensis*, & *Hubertus Veilanth* / qui obiit anno 1555.

Tertius pastor ad S. Nicolaum fuit *Theodorus Henricus Phrisius*, vir eloquens, & habuit collegam *Alexandrum Meppensem*, & *Johannem Lubecensem*, qui proficiscatur in Marchiam, & *Faustinum Wilken*.

Quartus ibi pastor post demortuum *Theodorum* anno 1563. erat *Johannes Sarrius*, qui moritur peste anno 1565. & habet successorem *M. Davidem Penthornen* / virum doctum, & modo hoc anno 1581. Superintendentem, & sub hoc posteriori mortuus est *Alexander Meppensis* anno 1569. item cum pastore *Sarrio Faustinus Wilkenus*, & utriusque succedit in Diaconatu *Benedictus Kockius*, & *Cassarus Briffenerus*.

Pastor in Parochia D. Petri fuit primus *Joannes Baldoswinus*, & huic succedit *M. Joannes Epinus*, & huic assumpto in Superattendentem, *M. Joannes Garzens*, qui nescio ob quas rixas abiit in Marchiam, & habuit successorem *M. Johannem Hogelkenum*, sub his quatuor fuere Diaconi, *Henricus Hartwicus*, & *Marcus Aldachius*, qui mortuus est anno 1542. & ei succedit *Tilemannus Probst* / qui moritur anno 1551. & istis duobus accesserat tertius *Hermannus Hannoveranus*, qui moritur anno 1552. & his duobus succedunt *Johannes Trajectinus*, & *Joachimus Magdeburgicus* scriptis clarus, qui dimittitur anno 1558. propterea quod quaedam edidisset citra consensum Superattendentis *Pauli ab Eisen* Doctoris.

Post *Hogelkenium* mortuum eligitur pastor Petrinus, *M. Joannes Crispinus*, vir eruditus: Et is præter *Henricum Hartwicum* / & *Johannem Trajectinum* habuit etiam collegas *Michaelem Clenovium*, *M. Samuelem Helbergium*, cui peste mortuo anno 1565. succedit Mag. *Paulus Hartwicus* / *Henrici filius*.

Sextus pastor Petri post *Crispinum* anno 1566. mortuum fit *M. Nicolaus*

colaus Staffhorstius, sub illo sunt collegæ, Johannes Trajellius, Michael Glenovius, & M. Paulus Hartwich.

In Parochia Divi Jacobi fuere pastores, primus M. Johannes Frizius, qui pietate & doctrina perstitit in suo ministerio, usque ad annum 1545, quo anno mortuus est, & tunc habuit successorem M. Johannem Gerzenum seniore, qui ex Marchia revocabatur anno 1546. sed ibi officio, nescio ob quas contentiones, quas cum Westphalo habuit amovetur, anno Domini 1551. & tunc Neobrandenburgum abiit, & ibi succedit M. Johannes Bodekerus, vocatus anno 1552. vir doctus, & his tribus erant Collegæ, Johannes Flaminius, & Servatius Eggerdes, qui postea propter senectutem & valetudinem deseruerunt officium, & eis accesserat Casparus Hachrat / sed ipso in Dithmarsiam abeunte succedunt istis tribus Hermannus Suavius, Jacobus Krogerus, & M. Jacobus thor Mösen. Suavius moritur anno 1562. & M. Jacobus thor Mösen anno 1564. & in illorum locum vocantur M. Jodocus Sursumb / & Albertus vom Dale.

In templo S. Spiritus fuere pastores ordine, Johann Soleweldens, qui obiit anno 1534. Matthias Kröger / qui obiit anno 1561, & post illum M. David Penshornius, qui postea vocatur ad pastorem, D. Nicolaus, & tunc ei succedit Casparus Brisnerus, & post illum Martinus Heikampius.

In Monasterio Divæ Magdalænæ, primo Stephanus Kempens, & post illum translatus ordine ibi fuere concionatores Conradus Luytmannus, deinde Petrus Monachus, Georgius Tappius, M. Joachimus Degenerus, Rumboldus Flandrus, & Johannes Sies.

In Monasterio Doctor Johannes Theodorus, Henricus Phisius, deinde Magister Nicolaus Barsmannus, cui succedit Johannes Sartinus, & post ipsum M. Hermannus Drugman / & illi mortuo succedit M. Johann von Deuten.

In Xenodochio Divi Georgii extra mœnia Michael N. Johanes Gustrow / Reinerus N. Magister Joannes Hogelkennus, Meinhardus Stroger, cui successit Henningus Wickgrevis, &c.

Primus Superattendens fuit ibi D. D. Joannes Apinus, & secundarius lector M. Joannes Frederus, in cujus locum successit discedens anno 1548. M. Paulus ab Eihen / qui mortuo D. Apino succedit anno 1556. & promotus in Superattendentem, M. Joachimum Degenerum, habet collegam & lectorem ordinarium.

In hac Ecclesia mota est controversia, an passus esset CHRISTUS apud inferos, sed postea illa est sopita.

Doctor *Epinus* fuit in Anglia, sed noluit consentire in Regis decretum de facto divortio, fuit in Dania & simul plantavit ibi Ecclesiam in regno & Academiam Haffniensem ornavit: Scripsit contra *Interim* cum suis: Item contra *Osiandri* dogmata: Edidit scriptum de Justificatione, & Explicationem Psalmorum.

Doctor *Paulus ab Eitzen* scripsit contra Sacramentarios & Commentarium in Genesin Hamburgæ.

Scripsit multa & varia opuscula contra Sacramentarios, *M. Joachimus Westphalus*, &c. qui discedente *Paulo ab Eitzen* in Holsatiam est factus Superintendens, & eo mortuo, eligitur *D. Cyriacus Simon*, Lüneburgensis.

Thomas Croppenus, Secretarius Regis Daniæ, & postea civis Hamburgensis, ministris Ecclesiæ, & viduis ministrorum condidit proprias ædes, addens eis annuos redditus, vir piissimus: Qui hodie & sub annis 6. fuerint Superintendentes & pastores in hac Ecclesia cum Diaconis atque Scholæ collaboratoribus, istorum nomina extant in formula Concordiæ, &c.

De ECCLESIA URBIS LUBECENSIS.

ET si anni sint plures quam viginti, quando amanter per literas expeterem descriptionem renati Evangelii in celebri Imperii urbe Lubeca, aliquoties à Reverendo & eximio viro *M. Georgio Barth/ Osnaburgensi*, qui diu ibi Seniore pastorem egit nihil tamen unquam impetravi, semel tantum respondit, historiam renascentis Evangelii in urbe Lubeca descriptam, Domino *Doctori Wigando* jamdudum à ministerio Ecclesiastico Lubecensi communicatam: Interim ea subjiciemus quæ nobis de hac Ecclesia nota sunt.

Anno Domini 1530. reformavit ibi Ecclesiam Doctor *Johannes Bugenhagenus*, Pomeranus, & ministeria ibidem disposuit ordine: Atque tunc temporis in eo loco ordinavit Superintendentem *M. Hermannum Bonnum*, Quakenburgensem, amatum Luthero, & publicis encomiis à Philippo celebratum, Theologum absolutum, qui in tota Biblia scripsit justa & integra commentaria, sicut hoc de ipso testatur *Erasmus Sarcerius* in editis super Matthæum Scholiis, qui ibi sub *Bonno* anno Domini 1536. Conrectorem Scholæ egit, & conqueritur Bonni filius, *Arnoldus Bonnus* in evulgato libro, quod patris sui commentaria super tota Biblia miserit Basileam ad clarissimum Typographum *Johannem Opor-*

Oporinum, ibique ea ipsa perierint Bonnus utiles Ecclesiæ cantiones ordinavit. Mortuo scripsit Epitaphium *Petrus Vincentius*, *Uratislavicus* ibidem agens Rectorem, cui erat Prorektor *M. Hermannus Wipermannus*, *Lemgovienfis*: Bonno in Superintendentis officio successit *Valentinus Curtius*, homo senex, & novi ego aliquando in hac Ecclesia ministros Ecclesiarum, *Petrum Urimershemium*, pastorem *Jacobinum* & *Brixium Nordamum*, viros doctos: Qui jam sub sexennio ibidem fuerint pastores & ministri Ecclesiæ, atque Ludirectores cum collaboratoribus, istorum nomina extant, hodie in Formula Concordiæ scripta: Vixerunt ibidem in urbe hac Doctores Theologi *Erasmus Liberius*, & *Johannes Draconites*, & ibidem aliquot erudita scripta ediderunt.

Opto autem reverenter à clarissimo & spectata eruditionis viro Domino *M. Andrea Pouchenio* ibidem post *Curtium* Superintendente celebri, ut ipse plenam renati Evangelii in inclita *Lubeca* historiam conscribat, & nobis atque Ecclesiæ DEI communicet.

Certamina novi ego ibi duo fuisse: Primò movit ibi quidam imbecillus concionator dictus *Exulorem*, controversiam de Eucharistia, sed est facile repressus ab aliis: Secundo movit ibi novam questionem *Johannes Beatus*, homo inquietus, & tunc in numerum Concionatorum relatus de forma consecrandi calicis, sed ab aliis convictus summittitur. Doctor *David Chytraeus* in sua continuatione *Cranziana*, refert primos *Lubecæ* Evangelistas, *Johannem Wolhovium*, & *M. Andream Willermum*, atque *Petrum Frimershemium*: Vide ibi folio 264. & sequent.

De ECCLESIIS DUCATUS MEGAPOLENSIS.

HENRICUS, *Dux Megapolensis* propagavit Evangelium cum filio *Magno Duce & Principe doctissimo*, utens ad hoc opera *M. Gerhardi Oemekenii*, & aliorum in sua ditione, & uterque Princeps rectè intellexit religionem veram eamque propagavit: Verum frater ejus *Dux Albertus* mansit in *Papistica* religione, & eam in sua Ducatus parte reservari voluit, sed illo mortuo curavit *Dux Henricus* suus ex fratre *Duce Alberto Nepotes*, inprimis *D. Johannem Albertum*, & *Ulricum* piè institui, & illi duo ab initio gubernationis suæ, quod nondum integre per patrum, *Ducem Henricum* completum erat, veram Religionem abolitis *Papisticarum idololatriarum* superstitionibus propagarunt serio: Erat enim *Dux Johannes Albertus*, doctissimus & piissimus Princeps, & *Dux Ulricus* veram religionem intellexit quoque. Semper

per speraveram clarissimum virum D. D. *Johannem Wigandum*, dum cum collegiis potissimas Centurias historiae Ecclesiasticae, Wismariae in Ducatu Megapolensi colligeret, quod etiam certam historiam renati Evangelii in eodem Ducatu aliquando dedisset: Interim cum nihil istorum ab eo vel conscriptum vel evulgatum sit, spero interim id nostro tempore tentaturum esse eruditissimum Theologum, & absolutissimum Historicum D. *Davidem Chytraum*, qui jam in eo Ducatu, ultra annos 36. Theologiam professus, & omnibus Theologicis negotiis adhibitus est.

Novi celebres Theologos partim Doctores, partim Licentiatos, partim Magistros profitentes Theologiam, cum in Scholis, tum in Ecclesiis in celebri urbe Rosarum, D. *Johannem Aurifabrum*, Uratislaviensem, D. *Henricum Schmedenstedem* / Lüneburgensem, D. *Tilemannum Heshusum*, Wesaliensem, D. *Georgium Venetum Nobilem*, D. *Johannem Draconitem*, D. *Davidem Chytraum*, D. *Johannem Kitrelium*, D. *Simonem Pauli*, D. *Lucam Backmeisterum*, M. *Conradum Pegelium*, Licent. *Henricum Sirevium*, M. *Valentinum Schachtium*, & reliquos, fuere inter primos Evangelistas, duo Rostochii *Jochimus Schluterus*, & *Georgius Rikens*: Ab initio fuit amator & promotor Evangelicae doctrinae, atque fautor piorum Theologorum optimus & pientissimus Princeps, *Henricus Dux Megapolensis*, ut dixi in quo fuit pius, & magnus zelus promovendae doctrinae Evangelii cum doctissimo filio, Principe lectissimo Duce magno: Post quos quoque mirifice asseruerunt, defenderunt & propagarunt veram & synceram Evangelii doctrinam à D. *Luthero* traditam, prioris Principis *Henrici ex fratre Alberto Duce nepotes*, eruditione excellens Princeps, *Johannes Albertus*, & ejus frater *Dux Ulricus* pietate, & virtute praestans Heros, sicut dictum est.

Novi Wismariae olim Concionatores D. *Henricum Schmedenstedium*, *Vincetium Npastorem ad S. Georgium*, *Henningum Blockium*, *Johannem Kalen*: Et reliquos alios ministros, ut *Franciscum Werckmeisterum*, *Johannem Casside* / *Matthiam Koenerum*, *Vincetium Reddinum*, *Johannem Lassum*, *Jacobum Berchemium*, *Georgium Bint* / atque M. *Thomam Soltheuter* / qui cum M. *Andrea Corvino*, fuit collega & adjutor in posterioribus centuriis Historiae Ecclesiasticae colligendis D. *Johan. Wigando*: Novi ibi Superintendentes Mag. *Johannem Frederum* vel *Irenaeum*, qui multa utilia opera D. *Urbani Rhegi* vertit in linguam latinam, D. *Johannem Wigandum*, & *Wolfgangum Peristerum*, M. *Andream Corvinum*:

Hhh khh

No-

Novi in Neobrandenburga, *D. Erasmus Alberum*, Superintendentem & Gustravii præcipuum Evangelistam, Inspectorem atque Præpositum *M. Gerhardum Oemkerum*, Camensem, virum eloquentem, & cetero tuo huic succedentem *D. Conradum Beckerum*, Brunsvicensem.

Novi Schwerini Superintendentes, & pastores, & concionatores aulicos *M. Christophorum Langnerum*, *D. Simonem Musam*, *L. Mevium Gogrevium* Lippiensem, & *Jochimum Nosciophagum*.

Quænam & Rostochii, & alibi certamina mota fuerint, referre nequeo sicut nec nomina reliquorum pastorum & ministrorum, qui olim incœperunt, & propagarunt docendo Evangelium in prædictis urbibus, & per totum Ducatum: Variè agitabatur Rostochii Ecclesia, propter ejectum *D. Telemannum Heshusum*, & *Petrum Eggerdes*, opera *Terrentii Bremmeri*, Consulis seducti per Papistam idolatram, *D. Wilhelmum Nevesianum* tunc Syndicum urbis: Postea propter *Johannem Braunium*, turbam dantem, variè agitabantur Theologi ibi, antequam homo inquietus posset dimitti: Tertio propter *M. Gelimerum* moventem controversiam de Substantia peccati: Sic Wismaria aliquando gravisuit controversia inter *D. Peristerum*, & reliquos Theologos ac Concionatores.

Qui hodie sint aut sub sexennio fuerint Professores, Theologi atque pastores & ministri Ecclesiarum Rostochii, Wismaria, Gultroviæ, Schwerini, & in aliis oppidis & pagis, Ducatus Megapolensis & Principatibus Dominiisque, cum Præceptoribus & Ludimagistris, illorum nomina extant in formula concordia.

Scribit autem Doctor *Simon Pauli*, Sverinensis, quod hi duo Principes, *Dux Johannes Albertus*, & *Dux Udalricus*, fratres, Principis Alberti filii, veram doctrinam de vero DEO, & ejus filio servatore nostro JESU CHRISTO, ministerio divini illius Lutheri à seculissimo Papistarum impietatum cœno repurgatam in toto Ducatu, & in civitatibus suis doceri jusserint, ejusque summam in certa capita erudite distributam, & pie luculentaque juxta scripta Prophetica & Apostolica explicatam, quæ extat in libro Cæremoniarum vel ordinatione Ecclesiastica Ducatus Megapolensis, auctore *Philippo Melancthone*, omnibus suis subditis publicè proposuerint, & in Academiam Rostochiensem nova donatione, cujus annui redditus aliquot aureorum millia faciunt, tribu- raverint, atque ad conservationem mensæ pauperum aliquot cœna frumenti, ex vicino Monasterio *Dobecanensis*, quotannis contulerint, & adhuc conferant, & sigillis etiam à posteris servandum, mandaverint.

ale de tali annuo frumento Academiæ mittendo confirmaverint: Scholasque Triviales passim rectè constitui curaverint, & Ecclesiasticum Consistorium piè ordinarint, omniaque quæ ad veram veræ doctrinæ, & sanæ pietatis propagationem pertinent constituerint: Quæ omnia etiam hodie in istis ditionibus, ita vigent & florent, quod nos hic præterire non decebat.

De ECCLESIIS DUCATUS HOLSATIÆ

& DITHMARSLE REFORMATIS,

Cum semper ab fuerim procul remotus ab Holsatiæ & Dithmarie Ducatibus, paucos in istis locis habui familiares inter Doctores, pastores & ministros Evangelii, ideo horum locorum Ecclesias & Evangelii propagationem descriptam certam nunquam habere potui: Saltem quæ mihi nota sunt subjiciam:

In Holsatia Ecclesiarum primus fuit Reformator sub *Christiano pio* tunc Duce Holsatiæ, quando ejus parens *Fredericus I. Regem ageret in Dania*, (cui mortuo postea hic Christianus in regno Daniæ, ut pius hæres & filius successit) anno Domini 1527. 1528. & 1529. D. pius *Eberhardus Widensehe* / ejus honorifica fit mentio in historia Ecclesiæ Halberstadianæ & Goslariensis: Et hanc Reformationem magno pietatis zelo urgebat optimus *Dux Christianus* nomine, & *re Christianus Princeps*, & in visitatione Ecclesiarum habebat D. *Widensehe* / collegas, D. *Nobilem & equitem auratum*, virum strenuum, *Johannem Ranzovium*, Henrici Regii vicarii patrem, D. *Johannem Reventlonium*, & *Hormannum Tastium* atque Præpositum Reinebeckensem, *Henricum N.*

Postquam vero omnia essent disposita & ordinata, ecce ibi cœpit Sathan dormientibus hominibus, hoc est, socorditer omnia agentibus, anno Domini 1529. per pellificem *Melchiorum Hoffmannum*, concionatorem in *Reil* / & ejus collegam, *Hermannum Bistermannum*, movere controversiam de Sacramento altaris: Tandem *Zwinglii dogma defendit Melchior*, qui paulo ante fuerat pellifex, & ei accessere collegæ, *Johannes de Campis*, *Jacobus Heggens*, & *Johannes Varse cum Bistermanno*. Instituitur colloquium *Flensburgi*, ubi tunc concionatorem agebat *Hermannus Tastius*, qui se in publico colloquio graviter opposuit *Hoffmanno* suisque, & eum coram prædictis visitoribus una cum *Stephano Kempeno*, pastore *Hamburgensi*, eò vocato refutavit anno Domini 1529. in Septimam post Dominicam *Quasimodogeniti*: Acta sunt excusa *Witebergæ* per *Josephum Clugh*: *Heggens* ibi convertitur. No-

Novi ante annos 27. in oppido Husen pastores, *Petrum Bockmannum*, *Johannem Rischmannum*, & *Autorem Rosam*: atque ante 18. annos novi *M. Johannem Forsterum*, Praepositum in *Jgheho* / & qui modo est in Holsatia generalis Superintendens *D. D. Paulus ab Eitzen* / fuit mihi ante annos 28. notus, & alter istorum posset, plenam renati Evangelii libertatem istarum ditionum dare.

Novi aliquot praecipuos pastores in Dithmaria, ante annos 21. *M. Andream Jodocum*, pastorem Lundensem, *Hieronymum Wisemanum* pastorem in Heida, *Johannem Grevenbroick* / pastorem in *Burthi* / *Andream Schwermans* / pastorem Mernensem, *Henricum Dünnebrück* / pastorem in *Brunsbutel* / *Johannem Groth* / pastorem in *Edellati* / *Basiliam Zagerium*, pastorem in *Suderhartsede* / *Henricum Sellemannum*, pastorem *Wintersbergensem*, *Johannem Rolappe* / pastorem in *Wüsten* / *Johannem Creisbachium*, pastorem in *Nienfirschen* / *Bernhardum Ritzmannum*, pastorem in *Hemmo*, *Johannem Bolichium*, pastorem *Bufanum*, & multos alios ibidem Doctores & Diacones.

Cum vero *Duces Johannes & Adolphus* fratres *Frederici I. Regis Daniae* filii & fratres *Christiani III. Regis Daniae*, ad gubernationem patrii Ducatus manus applicarent, eandem profecto religionem reverenter observarunt, & diligenter propagarunt, & curavit *Dux Adolphus* ex Capitulo Cathedrali Schlesvicensi collegium Theologicum fieri, ut omnes ibidem Canonici sint in posterum Professores.

Ab initio multum veram de CHRISTO religionem in istis locis propagavit fortis & Nobilis Heros, *Joannes Ranzovius*, eques atratus, & patria optimè meritus: Idemque tentat ejus filius *Henricus Ranzovius* Reginus in Holsatia vicarius vel prorex, hodie qui pietate & eruditione non minus quam genere Nobilis & generosus est Heros, magni iudicii multae sapientiae & plurimae lectionis: Qui est ibi quoque cum *Principe Adolpho* nutritor Ecclesiarum & pietatis.

Novi aliquando in Holsatia pastorem, *Franciscum Alardum*, *Antwerpiensem*, virum doctum: Et hoc de *Ducibus Holsaie* testatur quod multi exules pastores tempore Interimistico, ex suo ejecti officio, hinc inde habuerint in Holsatia locum. Etsi Holsaie pastores non subscripserint formulæ concordiae, tamen hoc scimus praecipue de

Superintendentes, ut *D. D. Paulum ab Eitzen* & *M. Johannem Forsterum*, refragari Sacramentariis.

